








S. Epiphanius
Constantiæ sive Salaminis
in Cypro Episcopus.

P. DOMINICI SCHRAM

BENEDICTINI BANTHENSIS
S. S. THEOLOGIÆ, ET S. S. CANONUM
PROFESSORIS EMERITI

ANALYSIS
OPERUM
S.S. PATRUM, ET SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

TOMUS XVIII.

CONTINENS OPERA

SANCTI EPIPHANII,

CONSTANTIÆ SIVE SALAMINIS
IN CYPRO EPISCOPI.



SUPERIORUM PERMISSU, ET APPROBATIONE.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,

SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER P. M. FILIORUM.

MDCCXCVI.

1796



SANCTI PATRIS NOSTRI EPIPHANII CONSTANTIÆ SIVE SALAMINIS IN CYPRO EPISCOPI OPERA OMNIA.

§. I.

Sancti Epiphanii gesta & scripta.

Sanctus Epiphanius natus est ad annum 332. in suburbio Palæstinæ prope urbem Eleutheropolim, & juvenilem suam ætatem traduxit, in monastica disciplina sub sancto Hilarione, Hesychio, ceterisque Palæstinæ monachis. Deinde electus est anno 366. Salaminæ in Cypro Episcopus, quo in munere ita se gessit, ut summam doctrinæ & pietatis famam consecutus sit, felix, si sub extremum vitæ se non immiscuisset dissidio, quod Hieronymo & Theophilo cum Ori- *Gesta S. Epiphanii.*

geni-

genistis intercessit: id quippe eius quietem valde turbavit. Dissidium autem hoc ortum est anno 391. inter Epiphanium & Joannem Ierosolymitanum, quem Epiphanius adcusavit, quod Origenis errores foveret, & in Palæstinam profectus Paulinianum, Hieronymi fratrem, Diaconum & Presbyterum in Monasterio sibi non subjecto ordinavit. De hoc facto canonibus contrario Epiphanii Joannes Ierosolymitanus statim conquestus est: Epiphanius vero illud defendit in Epistola Joannis scripta. Controversia hæc animos valde exacerbavit, & uterque Theophilum Alexandrinum in suas partes trahere conatus est. Episcopus hic, qui primum partibus Joannis Hierosolymitani favisse videbatur, se Origenis adversarium professus est, & ejus libros damnavit in Concilio anno 399. habito, & omnes vexavit monachos, quos memoriam ejus colere suspicabatur. Hi Constantinopolim se receperunt, ubi bene excepti a S. Joanne Chrysostomo sunt, quod animum Theophili ita exacerbavit, ut internecino odio S. Chrysostomum persecutus sit. Interim Theophilus partes suas firmare cupiens significavit S. Epiphanio, quid contra Origenem egisset, & eum, ut idem faceret, impulit. Epiphanius Concilium in Cypro coegit 401. ubi librorum Origenis lectionem damnavit. Et ad idem faciendum S. Chrysostomum literis invitavit, quo recusante Epiphanius Constantinopolim profectus est, ut decreti Concilii Cyprensis adprobationem obtineret: sed frustra: unde ille in ecclesia Apostolorum

coram toto populo Origenis libros ejusque fautores aperte damnare statuit. Verum hortatu S. Chrysostomi prohibitus est, unde in Cyprum rediens, vel in itinere vel paulo post reditum suum circa annum 403. fato functus est.

Opera Epiphanii impressa fuerunt Basileæ apud Operinum ann. 1544. Versio totius operis facta a Cornario prodierat Basileæ apud Robertum Urlinder ann. 1533. Typis etiam mandata est 1612. Parisiis. Demum Petavius novam Epiphanii editionem suscepit, cumque in Cornarii versione nonnulla vitia deprehendisset, novam ipse versionem confecit, quam excudi curavit ann. 1622, quæ tamen ab eruditis acriter in crisin vocata est. Hæc versio iterum impressa fuit Lipsiæ 1682, sed Coloniæ nomen præfixum habet, ac Petavii apendicem ac Epiphanianas animadversiones continet. *Editiones.*

ADVERSUS HERESES LIBER I.

Sancti Epiphanii Episcopi epistola, quam ad Acacium et Paulum presbyteros ad ea rescripsit, quæ illi de lucubratione contra hereses significaverunt.

1) Epistola hæc toti operi præfationis vicem supplet & epistolæ responsionis duorum monachorum Acacii & Pauli, qui Epiphanium rogaverunt, ut quæcunque de heresibus sciret, scriptis consignaret. Scribit igitur Do-

minis venerabilibus ac fratribus & collegis Acacio & Paulo Epiphanius in Christo Salutem. Quemadmodum antiqui Scriptores consueverant in præfationibus ac proloquiis et inscriptionibus totius operis propositi Speciem adumbratione quadam informatam ostendere, ita et nos eodem orationis usi genere, procemium hoc instituimus, ut, quæ postulatio vestra fuit, eorum, quæ adversus hereses disputanda sunt, paucis complectamur. Quoniam enim hereseon omnium nomina, declaranda vobis in hoc libro suscepimus, nec non execranda illorum flagitia, sic tanquam præsentissima quædam venena patefacere volumus, atque his velut antidota quædam obponentes, quæ vel iis, qui morsu petiti sunt, remedio esse possunt, vel eos, quibus ne incidant, periculum est, præmuniant, honestarum rerum studiosis conscribere: *panarium* sive arculam medicam, ad eorum qui a serpentibus icti sunt, remedium, jure opus illud ac librum interpretamur; qui in tres partes divisus hereses 80. complectitur, quæ serpentibus similes sunt. In tribus igitur libris omnes hereses explicantur, qui tres libri in septem tomos sunt distributi, quorum singuli certum heresum & schismatum numerum continent, quorum nomina & dogmata sequuntur.



SAN-

SANCTI EPIPHANII

CONSTANTIÆ IN CYPRO EPISCOPI ADVERSUS QUADRAGINTA HERESES, OPUS QUOD PANNARIUM SIVE ARCULA INSCRIBITUR.

LIBRI I. TOMUS I.

1) *Barbariſmus* per ſe ipſum ab Adamo ad decêm generationes & Noëmi tempora perſeveravit, qui Barbariſmus propterea dicitur, quod vetuſtiſſimi ibi mortalium neque certum aliquem autorem habebant, nec inter ſe conſentiebant, ſed unusquisque pro ſua voluntate vitam inſtituebat, ac pro lege ſuum quisque nutum atque arbitrium ſibi proponebat. *Barbariſmus.*

2) *Scythismus* a Noëmi temporibus adusque turris et Babylonis exædificationem, ac poſt turrim paucis adhuc annis obtinuit, hoc eſt, usque ad Phalac & Rachau, qui ad Europam tranſeuntes in Scythiam ac nationes ejusmodi penetrabant a Tharæ temporibus et vita, a quo Thraces oriundi ſunt. *Scythismus.*

3) *Hellenismus* cœpit Seruchi temporibus. Unde idolorum cultus initium habuit: cumque tum temporis falſa quisque ſuperſtitione doceretur, deinceps civiliorem ad uſum, & ad certas leges ac ſimulacrorum *Hellenismus.* *Origo idololatriæ.*

ritus homines se transtulerunt; quorum ex præscripto sibi Deos finxerunt. Ac primum eos, quos in honore quondam habuissent sive Tyrannos aut præstigiatores, qui memorabile quiddam in vita fecerant, ac fortitudinis illustre specimen ediderant, depingere coloribus solebant. Postea vero a Tharæ patris Abrahami tempore simulacris ac statuis eundem errorem idololatriæ propagarunt. Quippe majores suos simulacris honestantes, ac mortuos primum arte fliglina statuas effinxerunt, deinde ad omnes artes imitandi pervenit industria: nam & architecti sectis lapidibus, argentarii & aurifices nec non fabri sua quisque materia ac reliqui deinceps effigies molliti sunt. Primi omnium Ægyptii ac Babylonii, nec non Phryges ac Phœnices superstitiosi cultus & simulacrorum ac mysteriorum autores extiterunt; ac prius pleraque sunt ad græcos translata jam tum ab ætate Cæcropis, & deinceps. Postea vero longo demum intervallo Saturnum, Rheam, Jovem, Apollinem, ac reliquos Deos celebrare cœperunt; porro Græci nomen a Hellene quodam sortiti sunt, qui in Græcia degens ei regionem adpellationem indidit. Sunt etiam, qui ab Elæa, hoc est, oliva, quæ ab Athenis exorta est, nuncupatos esse velint. Hujus generis autores Jones fuerunt, qui a Javan quodam adpellati sunt, uno ex iis, qui turrim extruxerunt; quam ob caussam Meropes omnes vocati sunt a divisione linguarum. Postea vero recentioribus temporibus græca superstitio certas in

here-

hereſes ac ſectas abiit, ut puta, Pythagoræorum, Stoicorum, Platonicorum, Epicureorum, &c.

4) *Pythagoræi* ſive Peripatetici monadem et providentiam adſeruerunt: Diis, qui vulgo habentur ſacrificare, animatis veſci ac vino uti, prohibuit Pythagoras; quæ a luna furſum patent, immortalia, quæ inferiora ſunt, mortalia dicebat. Animos e corporibus in alia corpora etiam beſtiarum transfundi: adhæc quinquennale interim ſilentium præcepit obſervari, ac poſtremo Deum haberi ſe voluit. *Pythagoræi.*

5) *Platonici* Deum et materiam ac formam conſtituerunt. Mundum genitum, ac corruptioni obnoxium, animam ingenitam et immortalem ac divinam arbitrati ſunt. Hujus tres eſſe partes, unam ratione præditam, alteram, quæ iraſcitur, tertiam, qua concupiſcimus. Communes omnibus uxores eſſe voluit, & nemo ut privatam obtineret; ſed ut quilibet, quarum vellet, copiam haberet. Iidem animarum in varia corpora etiam beſtiarum tranſitus adfirmabant, Deos denique complures ab uno eſſe productos. *Platonici.*

6) *Stoici.* Horum de divinitate hæc eſt opinio: Deum eſſe mentem adſerunt, quæ mundi veluti corporis anima ſit. Adhæc animarum ex aliis in alia corpora tranſitum admittunt: cæterum particulam quandam Dei eandemque immortalem animam eſſe *Stoici.*

 præ-

prædicant. Princeps stoicæ sectæ Zeno fuit, qui etiam fati necessitatem adstruit, cujus legibus temperentur universa, et qui materiam æqualem Deo facit. Verum cujusnam erit opifex omnium, si æqualis tempore materiæ oritur; deinde si anima est particula Dei, quomodo illa ad vilissima animantium genera transmigrabit? Denique si fati necessitate omnia fiunt, sileant decreta legum omnia, cum illa fati necessitas sceleratos excuset: sane, si ita est, claudantur scholæ, conticescant Sophistæ, Rhetores, gramatici, medici: nemo præceptori navet operam, sed stamina trahentes Parcæ ingenia hominum disciplinis imbuant.

Epicurei. 7) *Epicurei*. Epicurus providentiam a mundo sustulit. Idem ex atomis universa constare, & in atomos resolvi credidit: at hæc fortuito fieri omnia, mundumque consistere generante natura, pereunteque perpetuo, dum rursus ex semetipsa renascitur, ac nullum propagandi sui occidendique finem facit Fuisse præterea instar ovi universitatem omnem, circa quod ovum sinuosis flexibus implicatum serpentis more Spiritum velut coronam ac cingulum ipsam adstrinxisse naturam: sed tunc consertam in unum materiam universique naturam vehementius arctare nititur, molem omnem in duo hemisphæria separasse, indidemque indivisibilium corpusculorum esse factam, adeo, ut leviora & subtiliora sursum evolarent, nimirum lux & æther, et quod erat spiritus tenuissimus;

finus; quæ vero graviora, ac veluti purgamenta forent, pessum subsiderent, cujusmodi est terra, sive siccum ipsum & aquarum humida natura: addit, per se universa moveri, ac polorum syderumque vertigine raptim, velut flexuosi illius spiritus agitatione corripi.

8) *Judaismus* a Judæis dicitur, qui ab Abrahamo tam generis, quam religionis successionem acceperunt, & ab eodem circumcisionis ritum nacti sunt, quam ille undecentesimo anno ætatis divinitus adhibere jussus est, ob eam caussam, ne scilicet ejus posteri in aliena regione commorantes Dei nomen a se rejicerent, imo velut justum quoddam signum in corpore suo circumferrent, quo vel commonefieri vel redargui possent, si quid admitterent, atque ut omnino paterna in religione institutoque persisterent. Legitimus igitur divini Numinis cultus apud Judæos cum circumcisione viguit; cum vero peregrinationis eorum diuturnitas & consuetudo cum exteris viles eos fecisset, lex illis a Deo interprete Moyse traditur, quæ velut pædagogus esset, & Deum solum adorare juberet, cujus etiam nomine unicus duntaxat prædicabatur omnium moderator, una tamen & trinitas semper in illa singulari divinitate nunciata et credita ab illis est; qui ceteros antecellerent, cujusmodi Prophetæ et omnes sanctitate præditi homines fuerunt. *Judaismus.*

Canon SS. Librorum. 9) Porro Judæi ad id usque tempus, quo ex Babylonia erunt reversi, hos & prophetas & prophetarum libros habuerunt. Primus est Genesis. 2. Exodus. 3. Leviticus. 4. Numeri. 5. Deuteronomium. 6. Liber Jesu Navé. 7. Judicum & 8. Ruth. 9. Job. 10. Psalterium. 11. Parabolæ Salomonis. 12. Ecclesiastes. 13. Canticum Canticorum. 14. Liber primus Regnorum. 15. Liber 2dus Regnorum. 16. Liber 3tius Regnorum. 17. Liber 4tus Regnorum. 18. Liber I. Paralipomenon. 19. Liber II. Paralip. 20. Duodecim prophetarum, 21. Esaias, Jeremias cum Lamentationibus 22. & epistola ejus Baruchi. *Esaias Jerenicis.* 23. Ezechiel, 24. Daniel, 25. Liber I. Esdræ. 26. Liber II. Esdræ. 27. Esther. Atque hæc sunt viginti quatuor volumina, quæ Judæis sunt divinitus concessa. Sunt & alii duo libri, quos illi pro dubiis habent: nimirum Sirach, & Salomonis sapientia, præter alios, qui apocrypha, hoc est, obscuri dicuntur. Porro omnia illa sacrosancta Volumina Judaica instituta docebant usque ad Christi adventum, quem lex prædixerat & monstraverat, quemque agnoscere potuissent, si voluissent, quia imagines in lege veritas sunt in Evangelio, quam quia non sunt secuti, exterminati sunt, & loco eorum gentes introductæ.

10) A Judaismo originem ducit Samaritanismus, & Samaritæ, quæ vox custodes significat, quia illi quondam in illa terra tanquam custodes collocati sunt, sive,

quod-

quodque a Moyse constituta erant in lege, custodirent, ac mons ille, quem insederant, Someron adpellatus est, vel Somer ab antiquo Somerone Someris filio. Cæterum Somer iste patrem habuit e Phærezeorum et Gergeseorum genere, qui tunc eam regionem inhabitabant, et a Chaano originem duxerunt, qui tractum illum, qui nunc Judæa & Samaria dicitur, usurpavit. Alienum utique, utpote filiorum Sem, cum Chaan ipse Chami filius esset, eodem quo Sem patre geniti.

11) Porro a Judæis ea re primum differunt, quod iis prophetarum scripta secundum Moysem minime erant tradita, sed quinque duntaxat volumina. uti Liber Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri & Deuteronomium. In quibus quinque libris quædam mortuorum resurrectionis vestigia sunt dispersa, licet non perspicue prædicentur: ad hæc de unico Dei filio injecta est mentio, itemque spiritus sancti, ac de idolorum damnatione, tametsi clarius in his Dei singularitas adstruatur, in qua tamen etiam spiritualiter Trinitas comprehensa est; at illi hoc unum studuerunt, ut repudiata idolorum superstitione unum Deum agnoscerent; resurrectionem mortuorum negarent, nec fieri posse putarent. Deinde Spiritum S. rejiciunt, quem utique nesciunt. Sed illud huic heresi contigit, ut tum mortuorum resurrectionem improbat, & idololatriam respuit, in eam inciderit, cum nationum quatuor

simu-

simulacra in monte quodam occultata sunt; qui ab illis Garizim fraudulenter cognominatus est. Imprudentes ergo simulacra venerantur, cum inter orandum undique se ad montem velut sanctum obvertunt.

12) Quod vero ad resurrectionem mortuorum adtinet, prius eorum error ex Abelis historia refellitur, *cujus sanguis clamat ad me*, Genes. 4. Non dicit: anima mea clamat, ut spem resurrectionis ostenderet: adde, quod Henoch, ne mortem obiret, translatus est, nec postea repertus: Sara effœto jam utero & senio confecta filium parturiit ob spem venturæ resurrectionis: quin etiam Jacob de suis ossibus sollicitus fuit, Genes. 49. quod ipsum Joseph fecit. Genes. 50. Adde Aaronicam Virgam, quæ arefacta germinavit, quod ad adstruendam resurrectionem pertinuit. Sed & Moysis virga lignea in anguem conversa resurrectionem significavit. Exod. 4. Idem porro Moyses Rubenitis benedicens ita loquitur: Vivat Ruben, & non moriatur. Deut. 33. Quod ei precatur, qui jam dudum e vivis excesserat.

13) Habent & alios Samaritani veteres ritus cum dementia conjunctos, nam & lotio perfundi solent, quoties peregre domum redeunt, tanquam contagione polluti, & aqua sese & vestes abluunt, cum alterius gentis aliquem tetigerint, hac enim re contaminari se putant, si mortuum, aut alterius sectæ hominem adtingant. Verum infinitis

testi-

teſtimoniis convincitur, non eſſe mortuorum corpora deteſtanda; nam quod lex contrarium videtur adſerere, quiddam ænigmatice videtur adumbrare, non enim duorum id teſtimonia comprobant, ſed ſexcenta viginti duo millia hominum in deſerto, quin & loculus in quo Joſephi oſſa condita ſunt, quadraginta totos annos in caſtris circumlatus, neque abominationi fuit, neque contagione ulla labem adſperſit. Cæterum vere a ſcriptura dictum eſt: ſi quis mortuum tetigerit, usque ad verſperam immundus permanebit, donec ſe aqua lavaverit. Hoc enim lex ſpecie quadam ænigmatis propter eos dixit, qui Chriſtum interfecturi erant, & in crucem ſublaturi, videlicet expiatione opus illis eſſe, donec dies ipſis occidat, ac nova lux per baptiſmum et lavacri regenerationem oriatur: ſane Joſeph Iſraelem ſepelit, nec deteſtatus eſt poſt ejus mortem eum exoſculans, ſine pollutione. Præterea Moyſis corpus ab Angelis ſepultum eſt, neque tamen illi loti ſunt, aut polluti ſancti illius corporis adtactu.

14) Ad hæc de ſpiritu ſancto manifeſte Dominus Moyſi dicit: adduc mihi in montem ſeptuaginta ſeniores, & accipiam de ſpiritu tuo, & in illos effundam; de filio vero pater ita loquitur: *faciamus hominem ad imaginem et ſimilitudinem noſtram.* Gen. 1. quæ Vox faciamus non unum duntaxat ſignificat. Quod autem ad prophetas adtinet, poſtquam Samaritanis quinque Moyſis Volumina

mina tradita sunt, scripturis reliquis nequaquam adsensi sunt, sed præter quinque cætera contemserunt. Quodsi quis alios objiciat, veluti David aut Isaiam & reliquos, negant, se eos admittere, & iis, quos a majoribus suis acceperunt, pertinaciter insistunt.

Esseni. 15) Quatuor in sectas Samaritani distributi sunt: prima sunt Esseni, qui nulla re prætermissa primum institutum retinuerunt: secunda sunt Gortheni, a se mutuo levibus de caussis separati, cum exigua quædam controversia inter ipsos intercessisset: quæ controversia fuit hujusmodi: cum lex undique Judæos Jerosolymam confluere juberet in azymorum festo, pentecoste, ac Scenopegia, cumque per Judæam ac Samariam Judæi sparsim habitarent, accidebat, ut qui Jerosolymam contendebant, ii per Samaritanas urbes iter facerent: quare cum eodem tempore celebritatis caussa conventus suos haberent, inde nata est jurgiorum occasio, quin etiam Esdra post reditum e Babylonia Jerosolymam instaurante, Samaritani sponte se ad præsidium & operis communionem offerentes, ab Esdra repudiati sunt.

Sebbuæi. 16) Altera secta Samaritanorum sunt *Sebbuæi.* Quo enim tempore Sebbuæi iracundia perciti trium illarum celebritatum tempora commutarunt, primum irati Esdræ, deinde quod prætereuntium occasione ad jurgia provocaretur. Cæteri illi mensem novum

novum azymorum post anni novi principium collocat, isque in autumnum incidit post mensem Thisri, qui a romanis Augustus adpellatur, ab Ægyptiis Mesoli, Gorpiæus a Macedonibus, a Græcis Appellæus. Hinc illi anni sui primordia deducunt statimque azymorum festum indicunt: Pentecosten porro in autumnum exeuntem conjiciunt, Scenopegiam denique tunc celebrant, cum a Judæis azyma sive pascha. Neque vero Sebbuæos alii secuti sunt.

17) Tertia secta Samaritanorum sunt *Gortheni*, qui cum Sebbuæis eadem faciunt, et simultates exercent, atque eodem, quo Judæi tempore festa sua celebrant, azymorum scilicet paschatis, pentecostes & scenopegiæ, & solemnis illius jejunii, quod in unam diem observant, contra quam alii instituunt, qui in iisdem indicendis ad Essenos se accommodant. *Gortheni.*

18) Quarta secta Samaritanorum sunt Dossithei, qui resurrectionem admittunt, & severiora apud illos sunt instituta vivendi. Item ab animatis abstinent; nonnulli etiam post nuptias uxoribus mortuis continentiam servant. Alii virginitatem retinent, in eo vero cum aliis consentiunt, quod & circumcisionem & sabbatum colunt, & cujusvis hominis contactum devitant, quia universos abominantur; eadem porro cum aliis jejunia atque exercitationes adhibent. Hæc omnia a Dossitheo hac occasione sancita sunt. Cum enim

enim judæus esset, sese ad Samaritanos adjunxit; quippe & in legis institutis apprime versatur, & traditionum, quas illi observant, scientissimus principem inter suos locum appetiit, a quo depulsus ad Samaritanos defecit, & illam sectam condidit. Deinde in speluncam secedens præadfectata quadam sapientia perpetuis se, uti ferunt, jejuniis inaniter ac simulata pietate confecit, donec cibi ac potus inedia voluntaria morte consumptus est; aliquot inde post diebus, qui ad eum venerant, putrefactum ac verminans cadaver inveniunt, ac muscarum examine scatens.

19) Post illas Samaritanorum & Græcorum allatas sectas septem apud Judæos erant ante Christi adventum in Judæa & Jerosolymis. Horum primi fuerunt Sadducæi a DosithEo propagati. Qui nimirum Sadducæos se a justitia nominant, Sedec enim justitiam significat, sed & Sadoc ex antiquis sacerdotibus adpellatus est. Verum isti a magistri doctrina desciverunt: etenim mortuorum resurrectionem sustulerunt, in quo cum Samaritanis conveniunt, sed angelos contra quam Samaritani, repudiant, ac Spiritum sanctum ignorant, quem nec accipere meruerunt. Eadem porro cum Samaritanis instituta custodiunt, quanquam Judæi non Samaritani fuerint, si quidem Jerosolymis sacrificabant, ac cætera omnia cum Judæis communiter gerebant. Sed hos una Christi sententia omni fide digna prosternit,

cum

cum de septem fratribus eandem uxorem successive ducentibus ita respondit: in resurrectione neque uxores ducunt, neque nubunt, sed pares sunt angelis. Quod autem mortui resurgant, Moyses docuit, cum Deus illi respondit: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus vivorum non mortuorum, Matth. 22. ita os illis occlusit.

20) Post Sadducæos interjecto tempore vel eodem *Scribæ* prodierunt, legis interpretes, & velut quandam gramaticam professi, cum cæteris in rebus Judæorum institutis inhæreant; quæ superstitiosis inventis interpolarunt; neque enim ex legis duntaxat præscripto vivunt, verum insuper urceos & calices ac discos & reliqua utensilia lavant, sicut & manus frequenter abluunt; habent & certas fimbrias, quæ instituti eorum sunt signa ad ostentationem & captanda spectantium præconia compositas. Ad hæc vestes phylacteriis distinctas gerebant, quæ sunt latiora quædam purpuræ segmenta, quibus institutum suum exprimebant, ne quis eos utpote sanctos auderet tangere. Iidem quatuor traditionum genera admittunt: primum *Moysis* prophetæ: secundum *Akibæ* vel Para-kibæ: tertium *Andani* vel Anani, qui & dicitur Judas. Quarti Assamonæi filios auctores jactitant. Ex his fontibus manarunt ea, quæ apud illos inani quadam opinione sapientiæ constituta sunt, ac tanquam ab excel- *Scribæ.*

cellenti disciplina profecta summa ostentatione celebrantur.

Pharisaei. 21) *Pharisaeorum* haeresis sequitur. Alterius generis, tametsi cum scribis, quos legis doctores interpretantur, eadem sentirent. Cum iis enim legis periti conjuncti erant. At Pharisaei ad horum ritus alia adjiciebant, & severioribus se institutis adstrinxerant: quidam enim decem vel octo vel quatuor annorum sibi spatia praefigebant, quibus virginitatem colerent: hoc tempus continuis precibus traducebant, & id certaminis frequentius instaurabant, ne ullam corporis labem contraherent, neve furtim turpe aliquod in somnis profluvium obreperet: hinc alii tabulas parabant latitudine non amplius dodrantali, in quibus post vesperas jacebant, ut si fortasse dormirent, in pavimentum prolapsi rursum se ad orandum excitarent. Alii collectos calculos substernebant, quorum velicatio profundiorem somnum arceret, ut vel inviti pervigiles esse consuescerent. Nec defuere, qui iisdem de caussis spinas subjicerent. Caeterum is hebdomada quaque jejunare mos illis fuit, secunda scilicet ac quinta die. Ad haec decimas decimarum dabant, primitias offerebant, trigesimas & quinquagesimas, & sacrificia votaque sua adcuratissime persolvebant. Cultus idem illis qui et scribis, vestis scilicet ac reliquus corporis habitus. Sed & muliebria palliola gestabant, & cum latioribus crepidis ac solearum ligulis procedere solebant;

bant; qui ideo Phariſæi dicti ſunt, quod eſſent propter ſuam diſciplinam a reliquis ſejuncti; Phares enim hebraice ſeparationem ſignificat.

22) Mortuorum porro reſurrectionem perſuaſam habebant, angelos ac ſpiritum eſſe, credebant, ſed ut cæteri Dei filium ignorabant, quin etiam fatò & Aſtronomiæ plurimum tribuebant. Argumento eſt, quod græca vocabula vaniſſimæ illius artis propria totidem ab iis hebraicis ſunt reddita vocibus: Exempli cauſſa: Sol, Hamma & Semes adpellatur, Luna Jeree & Halèbala, & ſic de reliquis. Quod vero ad fatum ſpectat, extremæ eſt amentiæ, cum reſurrectionem mortuorum eſſe fatearis, ac juſtiſſimum de cujusque factis judicium conſtitutum, fatum nihilominus eſſe ullum adſerere, quomodo enim duo iſta convenire poſſunt, judicium & fatum? Horum enim alterum neceſſe eſt: vel ſi ulla ſit genitalis neceſſitas, nullum eſſe judicium. Quia qui committit aliquid, non id ſua ſponte facit, ſed fatorum vi compulſus: vel ſi judicium eſt ullum, nec fruſtra in comminationibus objici ſolet, & leges aliquæ ſint, ac flagitioſis hominibus ſcelerum pœna conſtitutæ; ſi denique juſta a Deo lex tradita, & illius judicium omni ex parte veritati conſentaneum eſt, neceſſe eſt, ſupervacuum eſſe fatum illud, nec ullo in loco conſiſtere.

Hemerobaptistæ. 23) Proxima est *Hemerobaptistarum* secta, quæ sicuti eadem dogmata cum scribis & Pharisæis amplectitur, ita cum Sadducæis non modo in neganda mortuorum resurrectione convenit, verum etiam communem cum iis infidelitatem cæterarumque rerum pravitatem retinet. Hoc vero præcipuum habet, quod tam vere & autumno quam æstate & hyeme se quotidie lavant, unde & Hemerobaptistarum nomen adepti sunt: ita enim statuebant, vivere aliter hominem non posse, quam si quotidie aquis se elueret, atque ab omni scelere purgaret; sed uno verbo everti secta illa potest; cujus dogmata uti a fide aliena, ita cum infidelitate conjuncta sunt; nam qui hodie ad expianda scelera loti sunt, & repurgati, iidem cum postridie abluuntur, declarant, hesternum baptismum evanuisse: quodsi autem peccare non desinunt, & putant, se, cum quotidie peccent, expiari aqua posse, vehementer aberrant, etenim nec ipse oceanus eluere peccata hominum potest, quando citra Dei præceptum adhibetur: purgare quippe scelera pœnitentiæ est & unius baptismi per mysticarum rerum adpellationem.

Nazaræi. 24) Alia est heresis *Nazaræorum*, qui quidem genere Judæi sunt e Galaltide & Basanitide, ac reliquis ultra Jordanem regionibus oriundi. Quam ob rem cum hæc secta Israelitica ex gente profecta sit, Judæorum in omnibus dogmata complectitur: nam & circumcisionem retinet, sabbathum observat,

eadem

eadem festa celebrat, sed neque fatum, neque astronomiam admittit. Ac cum veteres illos Patriarchas, de quibus in pentateucho mentio est, adprobet, qui ab Abramo ad Moysen usque insigni pietate floruerunt, pentateuchum nihilominus ipsam repudiat: nec Moysen quidem abjicit, nec oblatam huic a Deo legem esse diffitetur, sed aliam fuisse dicit, quam quæ vulgo circumfertur: ex quo factum est, ut Judæorum ceremonias reliquas observent, utpote Judæi: a sacrificiis abhorreant, neque animata re ulla vescantur. Quare, carnes in cibum adhibere, vel sacrificare nefas esse, dixerunt: conficta enim hæc esse volumina, neque eorum quidquam a majoribus profectum. Ejusmodi Nazaræorum discrimen a reliquis fuit, unde & facile, non uno duntaxat loco sed in pluribus refutari possunt.

25) Sequitur *Osenorum* hæresis, cum superioribus implicita; nam et hi perinde ut illi Judæi sunt, & simulandi artifices callidi. *Oseni.* Ferunt istos ex Nabatæa, Ituræa, Moabitide & Arellitide originem traxisse, quæ regiones ultra vallem salsuginosam positæ sunt. Hoc enim nomine sacris in literis tractus ille superior adpellatur, qui idem est cum mari mortuo. Osenorum porro genus istud idem est ac firmum & solidum: ad hos postea Exai se quidam adgregavit imperante Trajano post adventum Christi Domini: hic cum falso prophetam se diceret, librum quendam velut prophetico Spiritu adflatus edidit, divina sci-

licet sapientia plenum. Cæterum homo ille moribus perditus atque impostor fuit, nam cum genere ac secta Judæus esset, ad legis præscriptum minime vitam suam adcommodavit, sed alia omnia loco ejus obtrusit, & sectatores suos in transversum abduxit. Inter alia per salem ac terram, panem, Coelum, Æthera, ventumque velut numina pejerare jussit, interdum alios testes septem definit: nimirum Cœlum, aquam & Spiritus, sanctos orationis angelos, oleum salem & terram. Præterea virginitatem odit, & continentiam damnat, & ad ineundas nuptias compellit: deinde commenta quædam ac somnia tanquam apocalypses suis relinquit, quos etiam simulatores esse docuit, cum ullum negaret esse crimen, si quis persecutionis tempore idola veneretur, dummodo minime id ex animo faciat, aut siquid oretenus, non vero animo profiteatur, contra id, quod Apostolus ad Rom. 13. ait: „ore confessio fit ad salutem.“ Rursus Oseni ad Orientem converso vultu orare prohibent, negantque, intentos in eam partem nos esse oportere, sed Hierosolymam versus undequaque prospicere; item, Osenus Christum veluti vim quandam describit, cujus & mensuras exponit: longitudinis Schœnos vinginti quatuor, hoc est milliaria nonaginta sex, latitudinis Schœnos sex, milliaria viginti quatuor; ad hæc Spiritum sanctum esse demonstrat sexu fœminam, ac Christo similem instar simulacri supra montem, atque inter duos montes stantem. Cæterum una est hæc heresis ex

illis

illis septem, quæ Jerosolymis extiterunt, & ad Christi adventum usque propagatæ sunt: post eversa vero Jerosolyma stetit illa brevi tempore cum cæteris, quæ tunc celebrantur sectis.

26) Sequitur heresis *Herodianorum*, qui Herodem Christum Dominum esse dicebant: sed præterquam quod in illius regis gratiam vane ista jactabant, etiam ipsis ille locus scripturæ imposuit: „ non desinet princeps e Juda, neque dux ex ejus femore, donec veniat, cui reservatum est." Genes. 49. Vel ut in aliis exemplis legimus: donec veniat, cui sunt reseruata; si quidem Herodes Antipatri cujusdam Ascalonitæ atque Appollinis Æditui filius fuit, cujus insuper Antipatri parens Herodes nomine filius Antipæ fuit; Antipater ab Idumæis captus & in Idumæa degens Herodem suscepit, qua in regione diu admodum in servitute vixit, quia eum Herodes pater ob inopiam redimere non potuit, tandem a popularibus collatitia pecunia unacum Herode filio liberatus, post liminio in patriam revertitur: quam ob caussam ab aliis idumæus, ab aliis Ascalonita fuisse proditus est: postea cum ad Demetrii familiaritatem pervenisset, in Judæa procurationem obtinuit, & Augusto Imperatori notus fuit, ac ex illa procuratione proselytum se faciens una cum Herode filio circumcisus est, ad quem Judæorum regnum pervenit. Quamobrem quia ex aliena gente regnare cœperat, cum hactenus a Juda & Davide regnum,

Herodiani.

& ex Judæ ſtirpe principes ac patriarchæ perſtitiſſent, quia inquam imperium in externum hominem translatum fuerat, idoneum illis viſum eſt erroris argumentum, ut Herodem eſſe Chriſtum arbitrarentur, quia ex illo ſcripturæ loco conſequens videbatur, „non deſinet princeps e Juda, donec venerit, cui reſervatum eſt; " ut eo ſenſu ſit accipiendus, quaſi Herodi reſervatum eſſet. Porro iſte de Judæ genere non eſt, ac ne omnino quidem Iſraeliticæ gentis; huic autem Chriſto eſſe, reſervatum fuerat; nam quæ ſequuntur, Herodianos manifeſte redarguunt; quoniam ipſe expectatio gentium erit: quænam vero natio in Herodem ſperavit?

LIBRI PRIMI TOMUS II.

1) In tomo ſecundo libri primi tredecim hæreſes continentur, quæ a Chriſti tempore prodierunt, quarum princeps eſt *Simon Magus* Gitthis oriundus vico Samariæ: prædicabat ſe cælitus delapſum, magnam Dei vim eſſe, apud Samaritanos pro Deo Patre ſe venditabat; apud Judæos filium ſe faciebat, & tantum ſpecie tenus paſſum fuiſſe. A Philippo diacono baptizatus, Apoſtolo Petro pecuniam obtulit, ut ſibi largiendi per manuum impoſitionem Spiritus ſancti poteſtatem conferret: cumque in Venerem proclivior eſſet, vagam quandam mulierculam Tyliam ſibi copulavit, quod ſcortum Spiritum ſanctum dicebat, cujus gratia de cœlo deſcenderat, & per quam angelos, & per hos mundum

Simoniani.

dum & hominem se creasse dicebat. Eandem esse Helenam adserebat, cujus caussa bellum Trojanum exarsit. Præterea spurcissimos conventus indixit, & legem non a Deo, sed a sinistra quadam intelligentia profectam adserit, & quisquis veteri testamento fidem adhibet, incurrere mortem adseverat. Verum hujusmodi dogmata ab ipsa veritate refelluntur; nam si ille est Dei virtus, & Spiritus sanctus ipsum scortum, quonam pacto accidere potuit, ut Romæ mortem obiret, cum media in urbe decidens ex alto miser interiit? Qua item ratione Petrus hanc in illum sententiam tulit, nullam eum partem habere de regno Dei? Potestne vero mundus a bono Deo non esse conditus, cum ab eo omnes boni electi sint. Ad hæc cur sinistra illa victus esse dicitur, quæ in lege ac per propheas locuta sit, & quæ Christi boni Dei adventum prædixerit; quæ nefaria omnia eluerit: an non una utrobique divinitas, idemque novi simul ac veteris testamenti spiritus esse debet, cum Dominus dixerit: „non veni solvere legem, sed adimplere.“ Matth. 5. Deinde quomodo fœda illa vitam conciliare possent, cum Dominus in Evangelio dixerit: sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum Cœlorum: item: Cœli terræque conditor Pater Domini nostri Jesu Christi Luc. 10. dicitur; qua ratione ergo mundum ab Angelis fabricatum Simon adserit?

2) Proxime Simoni *Menander* adjungendus est, qui genere Samaritanus aliquando tem- *Menander.*

tempore Simoni operam dedit, & hic perinde ut alteri mundum ab angelis fabricatum esse, se ipsum vero Dei vim dicat, & missam ad hoc ut humani generis salutem procuraret?

Saturnius. 3) Post hunc *Saturnius* nescio quis, excitatus est: qui erroris argumenta a Menandro accepit. Hic in Syria degens Antiochiæ scilicet ad Daphnen ingentem calliditatem, ac fallendi peritiam in orbem invexit: etenim duo ejus condiscipuli Basilides ac Saturnenus erant, quorum ille in Ægyptum profectus altissimas erroris sui tenebras instituit, Saturninus vero perinde ac Menander mundum ab angelis factum esse prædicabat. Præterea unum esse patrem ignotum, qui virtutes, principatus & potestates creaverit: porro angelos a superiori virtute descivisse, ex quibus septem mundum, & quæ sunt mundo comprehensa, condiderunt, ejusque mundi suam quemque partem divisione sortitum esse. Ulterius ajebat, cum in horum angelorum animos incidisset, communiter hominem ad illius imaginem effinxisse vocis, quæ furtim e Cœlo prodierat: quam obiter conspectam & subinde recurrentem, cum detinere minime posset, imitari voluisse: cum enim superne lumen illud emicuisset, ea res angelos excitavit, qui cœlestis similitudinis exprimendæ desiderio hominis figmentum elaborare conati sunt; cumque ex illorum repente oculis cœlestis illa lux evanuerat, tunc impostor ille velut in scena ita invicem locutos ange-

angelos introducit: „faciamus hominem ad imaginem & similitudinem:" ubi particulam *nostram* ideo decurtavit, ut errori suo fidem adstrueret, quasi alii sint operis artifices, imaginem vero ipsam ad alium referri significent. Cœterum edito in lucem homine ait angelos præ imbecillitate sua perficere opus suum minime potuisse, ac proinde in solo jacentem reptantis instar vermiculi neque erigere se, neque aliud quid facere potuisse, donec virtus illa cœlestis hoc prospiciens vis suæ scintillam immisit, qua & illum erexit, & vitam impertiit. Quod jam ad Christum adtinet, ejusdem impostoris est dogma, sola illum hominis figura venisse, omniaque ab eo specietenus perfecta, cujusmodi sunt nasci, ambulare, videri, pati. Rursus Saturninus de communi virtutum sententia a patre missum esse docet Judæorum Deum: duos porro ait homines a principio factos, bonum unum, alterum malum, a quibus duplex etiam genus hominum bonum scilicet & malum in mundo proseminatum est. Et quoniam dæmones malis opitulantur, ideo postremis his temporibus ad bonos homines sublevandos, malosque cum dæmonibus profligandos servator advenit. Rursus uxores ducere, liberosque gignere, a sathana esse, circulator idem pronunciat: quam ob rem plerique ex horum disciplina omnibus animatis abstinent, ut adfectato illo sanctioris vitæ genere nonnullos suam in errorem pelliceant. Item de prophetarum oraculis ita veneficus ille disputat, ea partim a mundi opificibus ange-

angelis, partim a Satana profecta, & hunc ipsum Satanam putat angelum esse, qui mundi conditoribus angelis & praecipue Judaeorum Deo resistat.

9.

Basilides. 4) *Basilides* in Ægyptum profectus, inde in Prosopiticam & Athribiticam praefecturam secessit, atque etiam in Saitica & Alexandriae versatus est, ejusmodi igitur in locis circulator hic degebat, in quibus heresis ejus adhuc viget. Hic igitur praestigiatore illo suo condiscipulo, quem in Syria reliquerat, majora multo praedicare coepit, ut sublimioribus, quam ille tractandis dogmatibus majorem auditoribus suis fucum faceret. Erat, inquit, ingenitum unum principium, qui solus est omnium parens, ab hoc procreata mens, a mente verbum. Ab hoc prudentia, a qua virtus & sapientia prodiit. Ab utroque porro primatus, potestates & angeli; deinde virtutes & angeli isti primum ac supremum coelum molliti sunt, & angelos rursum alios propagarunt, qui & ipsi secundum coelum fabricati sunt, & alios insuper angelos produxerunt: hi tertium adjecerunt coelum, & ita sigillatim uno post aliud coelo constituto ad 365. perficiunt, quos a primo & supremo ad id, quod nobis citimum est, enumerant. Praeterea magicis artibus idem impostor perpetuo addictus fuit, qui ab angelis proximo nobis coelo adtributis, & virtute ibi residente omnia inferiora creata censet, ex quorum angelorum numero unum Deum constituunt Judaeis praepositum, a quo

&

& homo formatus est, & Judæis aliis gentes voluit subjicere; unde bella Judæorum cum aliis gentibus.

5) De Christo autem sentit Specietenus duntaxat mortalibus adparuisse, & negat, Jesum esse passum, sed vicarium ei Simonem Cyrenæum substituit; quo enim tempore Jerosolymis Dominus ejectus est, angariaverunt Simonem, ut ferret crucem, nimirum Christum cum crucem portaret, in suam commutasse formam Simonem, & ad crucis supplicium sui loco tradidisse.

6) Quin etiam ait, martyrium obire nequaquam oportere, qui enim hoc facit, mercede cariturum, cum tamen Christus dicat: „qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo." Matth. 10. Verum hæc & omnia Basilidis figmenta S. Irenæus in Lib. cont. hereses Cap. 23. convicit.

7) Sequuntur *Nicolaitæ:* Nicolaus enim e numero septem diaconorum Antiochiæ oriundus se ad Judæorum sectam adgregavit, postea Christianorum dogma amplexus, ad discipulos junctus in eorum numerum relatus est, & viduarum curæ præfectus. Cum vero uxorem elegantis speciei haberet, ab ea aliquamdiu sibi temperavit, ut alios Deo penitus deditos imitaretur: sed intemperantiam suam diu cohibere non potuit, nam cum uxore sua consuetudinem habens illud jactare *Nicolaitæ.*

ausus

ausus est, neminem salutem posse consequi, nisi singulis diebus luxuriæ vacet, unde etiam præposteram libidinem exercere suos docuit, & caulacho & prunicum & alia nominum portenta in mundum turpiter invexit, a quo fonte derivati sunt heretici illi, qui cognitionem sibi vendicant, cujusmodi sunt Gnostici & Philionitæ, quibus ab Epiphane nomen est.

8) Verum siqui contrariam huic errori reputationem a Spiritu S. profectam videre cupiat, ex S. Joannis Apocalypsi cognoscere poterit, quæ ita loquitur: „Sed hoc habes boni, quia odisti facta Nicolaitarum, & quæ ego odi.“

Gnostici. 9) *Gnostici* Nicolaitarum successores in Ægypto *Philionitæ*, in superiore tractu *Secundiani*, alibi Socratitæ, ab aliis Zacchæi dicuntur, sunt etiam, qui eos Coddianos nominent, qui communes inter se fœminas habent, & peracto stupro maris profluvium seu semen manibus exceptum universorum parenti offerunt: dicens: hoc tibi munus nimirum Christi corpus offerimus, & cum eo vescuntur, dicunt: hoc est corpus Christi, & hoc est pascha. Eodem modo, quoties mulier menstruos fluxus patitur, fœdissimum illum sanguinem collectum absorbent, & inquiunt: hic est sanguis Christi. Cum vero venerem inter se exercent, liberos tamen suscipere prohibent, sed ut libidini suæ serviant. Quodsi forte quispiam excreti semi-

nis

nis immissionem anteverterit, & ex eo mulier gravida facta fuerit, informem fœtum ex utero detractum in mortario pistillo tundunt, & ad vitandam nauseam mel & piper cum aliis aromatibus & unguentis admiscent, & unusquisque e comminuto infantuli corpusculo delibat, & id perfectum esse pascha existimant: toto item corpore comprecantur nudi, & jejunandum esse negant.

10) Porro tam veteri quam novo utuntur testamento, licet eum, qui in veteri locutus, abdicent, & quoties vocem aliquam reperiunt, quæ dogmati suo contrariam habere sententiam videtur, ab hujus mundi principe profectam esse prædicant. Cæterum libri apud illos plurimi sunt, uti interrogationes Mariæ, revelationes Adami, falsa Evangelia; nec eos dicere pudet, Salvatorem nostrum Jesum Christum ejusmodi per se turpitudinem monstrasse.

11) *Carpocratiani* a Carpocrate quodam Asiatico dicti, quod omne turpitudinum genus discipulos informabat; quod siquis ajebat, non omnia percurrerit, neque dœmonum & angelorum omnium voluntati satisfecerit, supremum in cœlum euehi minime potest; adserebat idem, Jesum mente præditam animam sumsisse, & cognitione cœlesti imbutum hominibus ea nunviasse, ac siquis eadem, quæ Jesus olim perpetret, haud eo inferiorem futurum. Deinde legem cum mortuorum resurrectione damnabat; ex cujus grege *Carpocratiani.*

Mar-

Marcellina quædam ad nos venit, quæ Aniceti Romani Episcopi tempore plerosque labefactavit: Aniceti inquam illius, qui Pio in Episopatu successit, quorum ita est successio, Petrus & Paulus, Linus, Cletus, Clemens, Evaristus, Alexander, Xystus, Thelesphorus, Evaristus, Hyginus, Pius, Anicetus. Habent porro Carpocratiani depictas imagines Jesu, Pauli, Homeri & Pythagoræ, quas suffitibus & adoratione prosequuntur, & denique ita soli animæ salutem adtribuunt, ut ab ejus communione corpora segreganda putent.

Cerinthus. 12) Sequitur *Cerinthus*, qui nihil prope aliud, quam Carpocras adseruit, dum censet etiam, Christum e Mariæ & Josephi sanguine prognatum, & mundum ab angelis fabricatum, nec ulla alia re discrepant. Docuit etiam, quod, postquam Jesus adolevit, Christus in eum, hoc est, Spiritus sanctus sub columbæ specie ad Jordanem delapsus sit, & post mortem Jesu in cœlum revolaverit. Idem Cerinthus circumcisorum gregem contra Petrum commovit. Actor. 11.

13) Ad hæc *Cerinthiani* Matthæi Evangelio non utuntur integro, sed tantum ex parte, nimirum propter genealogiam, quæ carnis est propria. Paulum vero penitur explodunt, quia circumcisionem abdicavit. Idem Cerinthus dicere non est veritus, passum quidem ac crucifixum Christum, nondum tamen a mortuis excitatum, sed cum mortui resurgent, excitari.

14) Ex-

14) Exinde *Nazaræi* proximi ſunt, qui non a Chriſto, neque a Jeſu nomen acceperunt, ſed ſe Nazaræos adpellarunt, ſiquidem Chriſtiani tunc omnes Nazaræi vocabantur, antequam Chriſtiani Antiochiæ vocari cœperint. Nazaræi autem Judæi ſunt, neque aliud præterea, & circumciſi ſunt; illi non ſolum novo ſed & veteri teſtamento adinſtar Judæorum utuntur, & in Chriſtum credunt, & mortuos excitari putant. Item unum eſſe Deum, ejusque filium Jeſum Chriſtum prædicant, & univerſam legem, prophetas & Hagiographa, h. e. libros, verſibus diſtinctos, Paralipomena, Eſther & alia hebraica, quæ a Judæis leguntur, admittunt. Præterea adfirmare nequeo, utrum Cerinthiani Chriſtum ſimplicem hominem adſeverent, an per Spiritum ſanctum de Maria Virgine genitum eſſe fateantur; cæterum hæc Nazaræorum ſecta in Beroënſi civitate potiſſimum viget; verum & iſti nihilominus aberrant, cum de circumciſione glorientur, & tribus vicibus per annum Jeroſolymam euntes legem obſervare non poſſint. Denique penes Nazaræos Evangelium ſecundum Matthæum hebraice ſcriptum & quidem abſolutiſſimum eſt, hoc enim certiſſime, prout hebraicis literis innoteſcit, ſcriptum eſt, & usque ad hodiernum tempus conſervatur.

15) Nazaræos *Ebion*, a quo Ebionitæ, proxime conſequitur, eademque cum illis dogmata profitetur. Et in principio Chriſtum e Joſeph *Ebion.*

Joseph semine genitum adfirmabat, & nonnulli ex iis Adamum fuisse prædicant: Alii e cœlo Christum esse confitentur, & ante omnia secula, & scriptum esse quendam angelis præstantiorem rerum omnium dominum & Christum adpellari, qui, quoties libuerit, in hæc infima delabitur, sicuti in Adamo descendit, & patriarchis corpore circumfusus adparuit, & postremis temporibus venit Adami corpore contectus, & homo visus est, in crucem sublatus, resurrexit, ascendit in cœlum, & deinde sanctum induit Spiritum. Porro Evangelium admittunt, idque secundum Hebræos adpellant, siquidem Matthæus hebraice scripsit: imo Joannis Evangelium & Actus Apostolorum e græco in hebraicum sermonem translatos testatur Josephus Comes Tiberiadensis, qui hoc sancto Epiphanio narravit.

16) Igitur in eo Matthæi Evangelium mutilum habent & adulteratum, nam genealogiam Christi amputant, eumque verum fuisse hominem putant: Virginitatem repudiant, quater de die corpus suum lavant, ab esu animatorum abstinent, & ex Christianorum & Ecclesiæ imitatione mysteria quædam quot annis celebrant; in quibus panes azymos edunt, & ad alteram mysterii partem meram aquam adhibent; deinde constitutos adserunt Christum & diabolum, quorum illi futuri, huic præsentis sæculi potestas est commissa; negat vero Christum a Deo Patre genitum, sed tanquam unum ex Archangelis crea-

tum,

tuum, iis tamen majorem, utpote quibus dominantur. Præterea alios Apostolorum actus circumferunt, in quibus plurima sunt impietatis eorum vestigia, & in S Paulum contra circumcisionem scribentem invehuntur; quæ omnia S. Epiphanius hic refutat, & videri potest Tomus II. hujus Analysis in S. Irenæo.

17) Sequuntur *Valentini* ignotæ patriæ. Hi corporum resurrectionem negant, vetus testamentum & prophetas respuunt: item certas quasdam fabulas confingunt, & triginta Æonum utriusque sexus vocabula commenti sunt: quos quidem Æonas universorum parentes a conditore productos esse adserunt, quos & Deos & Æonas faciunt, demum Christum e cœlo corpus adtulisse, ac per Mariam traductum esse velut per canalem adserunt. Vide S. Irenæum contra hæreses Tom. II. Analysis. *Valentini.*

18) *Secundiani* eorumque Socii Epiphanes & Isidorus eadem inter se paria componentes cum Valentinis consentiunt: nonnulla tamen ab iis diversa possunt, & ad fœdam insuper libidinem suos instituunt: iidem & incarnationem negant. Vide S. Irenæum Lib. I. contra hæres. *Secundiani.*

19) *Ptolemæi* Valentini discipuli fuerunt, quibuscum Jora conjungitur. Par idem dogma de conjugationibus cum Valentino ac Secundianis adserunt, in quibusdam tamen discrepant. Vide S. Jren. *Ptolemæi.*

LIBRI I. TOMUS III.

Marcosii. 1) *Marcosii* a quodam Marco Colorbasi condiscipulo orti sunt. Is duo principia constituit: mortuorum resurrectionem negabat, utebatur præstigiis ejusmodi, ut certis carminibus poculorum liquorem in cæruleum purpureumque colorem verteret, quibus sacris infelices mulierculas initiare solebat. Idem ad 24. elementa perinde ac Valentinus universa revocare nititur.

Colorbasii. 2) *Colorbasii:* hic easdem fere opiniones amplexus est: sed nonnulla tamen sunt, in quibus ab aliis hæresibus discrepat Marci ac Valentini potissimum, siquidem propagationes Æonum & Ogdoadas alio modo tradidit.

Heracleonitæ. 3) *Heracleonitæ*, etiam isti commentitias Ogdoadas retinuerunt, in quibus explicandis a Marci & Ptolemæi ac Valentini ceterorumque opinione discesserunt. Suos porro sub ipsum vitæ exitum perinde ac Marcus instituit, oleo opobalsamo & aqua lustratos in salutem adserunt, unaque voces quasdam hebraicas in ejus qui expiatur caput insusurrant.

Ophitæ. 4) *Ophitæ.* Hi serpentem venerantur ac prædicant, eumque esse Christum, adserunt: ob id verum in cista serpentem adseruant.

Cajani. 5) *Cajani* veterem legem, & eum, qui illius legis tempore locutus est, repudiant: resurrectionem carnis abnegant, Cainum com-

commendant, quem præstantioris cujusdam virtutis fuisse prædicant: sed & Judam divinis honoribus adficiunt, nec non & Core, Dathan & Abiron, ac Sodomitas.

6) *Sethiani.* Hi Sethum laudibus efferunt, quem a suprema parente procreatum putant, cum eam pœniteret, quod Cainum edidisset: quo ejecto & Abelo interfecto cum summo patre congressa sinceram stirpem videlicet Sethum protulit, a quo universum genus hominum manavit. Postremo principia & potestates cæteraque ut alii omnes statuunt. *Sethiani.*

7) *Archontici.* Plures isti ad principes universa referentes quæcunque facta sunt, ab illis orta definiunt: habent & fœdissimæ quoddam libidinis genus: carnis resurrectionem respuunt: vetus testamentum calumniose rejiciunt: quanquam & hoc insuper nonnunquam utantur, ex quibus singulas voculas callide ad mentem suam adcommodant. *Archontici.*

8) *Cerdoniani* a Cerdone orti sunt, qui quem ab Heracleo errorem hauserat, novis inventis adauxit, & cum Romam e Syria profectus esset, Hygini papæ temporibus sua dogmata disseminavit. Duo porro principia contraria invicem adfirmat. Negat, Christum esse genitum: mortuorum excitationem cum vetere testamento rejicit. *Cerdoniani.*

9) *Marcionistæ.* Marcio oriundus ex Ponto patre Episcopo natus est, a quo ob vir- *Marcionistæ.*

gnis stuprum ejectus ex Ecclesia Romam aufugit, ubi cum ab iis, qui tunc Ecclesiae praeerant, penitentiam frustra postulasset, catholicam fidem oppugnare instituit: quam ob rem tria esse principia dixit: bonum, justum & malum. Novum testamentum a vetere, ejusdemque autore alienum esse docuit: carnis resurrectionem sustulit; non unum baptisma duntaxat, sed etiam tria post delictum indulget: pro mortuis illorum catechumenis baptismum alii suscipiunt. Mulieribus conferre baptismum sine ullo discrimine permittit.

Lucianistae. 10) *Lucianistae.* Lucianus his antiquior non alter ille, qui Constantino imperante floruit, in omnibus Marcionis vestigiis inhaeret, etsi quibusdam adjectis cumulatius aliquid docere studuit.

Apelliani. 11) *Apelliani.* Apelles similiter atque Lucianus, quidquid conditum est, cum ipso conditore vituperat. Non tamen tria, ut illi, principia, sed unum tantum invexit, itidemque Deum unum ac supremum, & nominis expertem, qui singularem alterum procreavit, & hic cum malus evasisset, mundum sua illa improbitate condidit.

Severiani. 12) *Severiani.* Severus Apellis adsecla vinum & vitem penitus damnat, quae ex Satanae serpentis & terrae congressu propagata fingit. Muliebrem quoque sexum repudiat, quod ad sinistram virtutem pertineat; princi-

pum

pum vocabula quædam atque apocryphos libros inducit: in mortuorum resurrectione veterique testamento referendo cum aliis hæresibus consentit.

13) *Tatiani.* Tatianus primum cum S. Justino martyre & philosopho floruit; post cujus obitum contagione Marcionis dogmatum adflatus, ejus discipulus fuit, adeoque quædam cum eo communiter tenuit, sed nova addidit: scilicet negat Adamum esse salvum, deinde continentiam cœlibemque vitam prædicat, & nuptias adulterium esse ac corruptelam existimat: similiter & mysteria quædam ad Ecclesiæ sanctæ imitationem instituit, sed ad ea nil præter aquam adhibuit. Vide ejus refutationem apud S. Irenæum. *Tatiani.*

LIBRI II. TOMUS I.

1) *Encratitæ* Tatiani quædam velut appendix nuptias damnant, quas Satanæ tribuunt: item ab animatorum esu abstinendum esse sentiunt; plura principia constituunt, & inter ea diabolum referunt, quem Dei operibus adversarium adserunt. Rursus novum testamentum adprobant, sed novos prophetas ad receptos & antiquos adjiciunt, ac Montanum quendam & Priscillam & Maximillam prædicant. *Encratitæ.*

2) *Pepuziani*, qui & Quintiliani dicuntur, quibus accedunt Artotyritæ, hoc est, *Cataphryges*; hi quoddam oppidum & Capado- *Pepuziani.*

 ciam

ciam extollunt, & Jerosolymam esse dicunt: Mulieribus sacros magistratus ac sacrificia deferunt: certis initiantur mysteriis, quibus puerulum confodiunt: fingunt, Pepuzae Christum olim Quintillae videndum se praebuisse mulieris specie: tam vetus quam novum testamentum adhibent, ita tamen, ut pleraque pro animi libidine commutent.

Tessarescaedecatitae. 3) *Tessarescaedecatitae* stato anni die pascha debrant, ut quacunque die in diem decimam quartam lunae incurrerit, sive sabbatho sive dominica fuerit, ea die jejunent, ac pervigilia celebrent.

Alogi. 4) *Alogi* ita a nobis nominati, Joannis evangelium ac λογον, hoc est verbum Deum a patre semper genitum, & coelitus demissum, cujus in evangelio illo mentio fit, repudiant, nec Joannis duntaxat Evangelium, sed & Apocalypsin rejiciunt.

Adamiani. 5) *Adamiani* ab Adamo nescio quo vivente sic dicti, ridiculum potius quam verisimile dogma profitentur; nudi quippe, quales ex utero matris egressi sunt, viri perinde ac mulieres conveniunt; atque ita lectionibus, orationibus, ac ceteris religionis officiis funguntur, videlicet monachorum ac continentium instituta sectantur, & nuptias condemnant, Ecclesiam vero suam paradisum nuncupant.

6) Sam-

6) *Sampsæi* sive Ensesæi ad hanc diem in Arabia degunt supra mortuum mare, Elxæ cujusdam prophetæ discipuli: de cujus stirpe Marthus & Martha fœminæ duæ ætate nostra prodierant, quas Dearum instar colunt. Eadem porro cum Ebionitis sentiunt. *Sampsæi.*

7) *Theodotiani* a Theodoto Coriario Byzantino dicti: hic græcis artibus apprime fuit institutus, & cum aliis quibusdam in ea, quæ tunc sæviebat, persecutione comprehensus, cum Socii ejus omnes martyrium obiissent, solus fidem ejuravit, ob idque probris adpetitus id excogitavit, ut Christum nudum esse hominem adsereret, ne crimini sibi verteretur, quod ejus divinitatem negasset. *Theodotiani.*

8) *Melchisedeciani* Melchisedechum ita venerantur, ut virtutem esse quandam jactitent, non hominem duntaxat, & in ejus nomine facere ac dicere omnia nequaquam dubitent. *Melchisedeciani.*

9) *Bardesianistæ.* Bardesianus iste e Mesopotamia oriundus sinceram fidem initio complexus est, ac sapientia præstitit: sed a veritate postea recedens eadem cum Valentino docuit, præter pauca quædam, in quibus ab illo discrepat. *Bardesianistæ.*

10) *Noëtiani.* Noëtus Smyrnensis ex Asia fuit, qui in altum sublatus cum aliis quibusdam patri-filium asserere Christum ausus est, eundemque patrem ac filium & Spiritum *Noëtiani.*

ritum sanctum esse profitetur, se vero Moysen & fratrem suum dicere Aaronem consuevit.

Valesii. 11) *Valesii* quantum suspicor, Baccati habitant, qui est Arabiæ Philadelphensis primarius vicus; iidem accedentes ad se castrare solent, ac plerique inter illos eunuchi sunt. Habent & alia quædam erroris plenissima dogmata, & inter alia legem & prophetas rejiciunt; denique innumerabiles ad illa veritates adjiciunt.

Cathari. 12) *Cathari* Novatum Romanum secuti sunt; hinc Digamos penitus proscribunt, & pœnitentiam repudiant.

Angelici. 13) *Angelici*. Hi nusquam hodie reperiuntur; Angelici vere ordinis se esse dicebant, aut certe, quia angelos invocabant.

Apostolici. 14) *Apostolici* & Apotactici sive annunciatores in Pysidia duntaxat inveniuntur: hi solos illos admittunt, qui se omnibus bonis abdicaverint; cæterum Encratitarum similes sunt, etsi diversa quædam ab illis statuant.

Sabelliani. 15) *Sabelliani* cum Noëtianis in omnibus propemodum consentiunt, nisi quod patrem ipsum negant esse passum, ab eoque prolatitium duntaxat manare verbum.

Origeniani. 16) *Origeniani* a quodam Origene derivati. Turpissimi isti sunt, ac nefariam ac præ-

præposteram libidinem exercent, suaque corpora corrumpunt.

17) *Origeniani* ab Origene Adamantio scriptore, qui mortuorum resurrectionem negant, tam Christum quam Spiritum S. beatis in rebus numerant: paradisum ac cœlos cæteraque omnia ad Allegorias referunt; Christi regnum terminandum esse, desiturosque similiter angelos docent; eundemque cum diabolo Christum alterius esse regno subjiciendum. Hæc omnia sanctus Epiphanius hic fusissime refutat.

LIBRI II. TOMUS II.

Paulus Samosatenus Samosatis in Mesopotamia natus propemodum non existere Christum adfirmat, & ejusmodi verbum esse fingit, quod in prolatione consistit: eundem porro esse a Maria cœpisse, ac quæ sacris in literis de eo pronunciata sunt, prædicentis esse more dicta, cum ipse nondum existeret, sed a Maria & ab ipso duntaxat tempore, quo carne præditus advenit, esse cœperit. *Paulus Samosatenus.*

Manichæi, quos & Acunitas vocant, Manis Persæ discipuli, Christum figuram quandam esse defendunt; solem & lunam venerantur: stellis ac virtutibus & dæmonibus supplicant: sempiterna duo principia bonum & malum constituunt: Christum specietenus esse passum: vetus testamentum, eumque, qui in illo locutus est, maledictis onerant; *Manichæi.*

mun-

mundum non universum, sed ejus partem fabricatum esse statuunt. Manichæl a celeberrimis doctoribus per eruditissimas lucubrationes refutati sunt, veluti ab Archelao Episcopo, Origene, Eusebio Cæsareensi & Laodicensi, Serapione Tmuensi, Athanasio Alexandrino & cæteris; quæ in hac analysi videri possunt.

Hieracitæ. *Hieracitæ* ab Hierace interprete & doctore quodam Leontopoli, quod Ægypti oppidum est, oriundo resurrectionem carnis respuit: utuntur Hieracitæ veteri ac novo testamento: nuptias penitus interdicunt: monachos & virgines continentes ac viduos admittunt: pueros matura nondum ætate regni cœlestis esse participes negant, quod nondum certamina perfuncti sint.

Meletiani. *Meletiani* Schismatis in Ægypto non vero hæresis locum obtinent, utpote qui cum illis precum comunione conjungi noluerunt, qui in persecutione lapsi sunt: postea se Arianis aggregarunt.

Ariani. *Ariani*, sive Ariomanitæ, hi Dei filium creaturam esse dicunt: Spiritum sanctum vero aliam esse creaturam: salvatorem nostrum carnem duntaxat a Maria Virgine, non vero animam accepisse confirmant. Fuit Arius Alexandri Episcopi Alexandriæ presbyter. Illum doctissime refutarunt S. Athanasius & S. Hilarius.

LIBRI

LIBRI III. TOMUS I.

Audiani auctore Audio, eorum Schisma non vero hæresis est; bene instituta vivendi ratione ab Ecclesia catholica tamen dissentiunt: habitant majori ex parte in monasteriis: apocryphis libris & multis, & ad fastidium utuntur: communes nobiscum orationes non habent; nam & Episcopos nostros nec non & divites condemnant. Quin etiam pascha privatim eodem, quo Judæi, tempore celebrant. Est & quiddam peculiare ipsis, quod defendunt summa contentione, quippe quod illud *ad imaginem* scriptum durius interpretantur. *Audiani.*

Photiniani. Photinus iste Syrmio oriundus, ad hodiernum usque diem oberrabat; qui quidem eadem cum Paulo Samosateno sentit; nonnulla sunt tamen, in quibus ab ipso dissidet. Idem e Maria Christum initium penitus accepisse putat. *Photiniani.*

Marcelliani: horum Marcellus auctor extitit, Ancyræ in Galatia Episcopus, qui cum initio pro Sabelliano communi fama traductus esset, se ipsum tamen scripto sæpenumero purgavit: a plerisque tamen creditum est, ad easdem opiniones eum adhærescere. Fieri potest, ut vel ipse mutata sententia meliorem ad mentem se revocaverit, vel ejus discipuli: nam pro utrisque orthodoxi quidam sese defensores interposuerunt. *Marcelliani.*

Semi-

Semiariani. *Semiariani* Christum creaturam esse dicunt, sed cavillando tamen negant, cæterarum creaturarum esse similem: sed filium inquiunt illum dicimus; verum ne ex generatione ipsa esse in patrem adfectio derivetur, eundem creatum confitentur. Iidem & Spiritum S. omnino creaturam esse definiunt, & consubstantialem esse non admittunt, sed substantialem esse dicunt, nec aliud esse quidquam, præter vim sanctificandi.


Aëriani. *Aëriani.* Aërius e Ponto oriundus hodiedum magna humani generis calamitate superest. Fuerat olim Eustathii Episcopi, qui Ariani erroris insimulatus est, presbyter: qui quod Episcopus creatus non esset, multa adversus catholicam Ecclesiam dogmata commentus est; ac quod ad fidem adtinet, germanus Arii sectator est, sed amplius quiddam profitetur, oblationes pro mortuis non esse faciendas: jejunia quartæ feriæ & parasceves & quadragesimæ nec non & paschatis interdicit: rerum omnium renunciationem prædicat. Carnium ac deliciarum ad vitam omne genus adhibet: quod siquis sectatorum suorum jejunare velit, hoc definitis diebus facere prohibet, sed quando libuerit; neque enim inquit legi subjectus est. Denique docet Episcopum nihilo præstantiorem esse presbytero.

Aëtiani. *Aëtiani*, cujus hæresis Aëtius quidam inventor extitit genere Cilix, qui a Georgio Arianorum episcopo diaconus ordinatus est.

Ano-

Anomæos illos adpellant, alii Eunomianos ab Eunomio quodam Aëtii discipulo. qui hoc tempore superest. Earundem partium erat & Eudoxius: sed Constantii Imperatoris metu ab illis se segregans Aëtium solum prælegari passus est, quanquam in ariano dogmate perseveravit, sed Aëtium minime secutus est. Porro Aëtiani Christum & Spiritum S. a Deo funditus alienum esse prædicant, quos creatos esse, neque quidquam habere similitudinis adserunt: quippe Syllogismis quibusdam aristotelicis ac geometricis Dei naturam explicare student; iisdemque probare, Christum a Deo oriri non posse: Eunomiani vero ab ipsis profecti omnes, qui ad se veniunt, iterato baptizant, non catholicos solum sed & Arianos ipsos, idque eo modo, ut pedibus in cœlum conversis in caput illos intingant, quod de illis percrebuit. Stuprum aut aliud quodlibet peccatum nihil esse dictitant: neque enim Deum aliud quærere, quam ut in ea sola, quam ipsi prædicant, fide perseveretur.

Pneumatomachi. De Christo isti non male sentiunt, sed in Spiritum S. contumelias jaciunt, quem & creatum adserunt, & a divinitate rejiciunt: imo vero abusione quadam vocis propter actionem ipsam creatum esse dicunt, nec alium esse præter vim sanctificandi. *Pneumatomachi.*



LIBER

LIBER III. TOMUS II.

Timœritæ. Timœritæ perfectam Christi incarnationem minime confitentur, quorum alii consubstantiale divinitati corpus adserere ausi sunt: alii vero adsumtam esse ab eodem animam negarunt: quidam his evangelii verbis: „Verbum caro factum est.“ Viri ex creata carne, hoc est Maria carnem ab illo susceptam esse voluerunt, sed solum verbum carnem esse factum pertinaciter defenderunt, postea vero, quam ob caussam nescio, mentem illum non adsumsisse dixerunt.

Antidicomarianitæ. *Antidicomarianitæ* beatam semperque virginem Mariam post editum Salvatorem cum Josepho consuevisse putant.

Collyriani. *Collyriani* in ejusdem Mariæ nomen stato anni die collyridem offerunt, quos idcirco collyridianos nominavimus.

Massariani. *Massariani*, quos interpretari possumus *precantes*: his adjunguntur e gentilium sectis, quos Euphenitas & Martinianos, & Satanicos adpellant.

Porro gentilium sectas S. Epiphanius sequentes recenset.

Thales. *Thales* Milesius unus ex septem sapientibus principium rerum omnium aquam esse dixit.

Anaxi-

Anaximander Praxiadæ filius & ipse Milesius infinitum principium omnium constituit, & ex eo omnia nasci, & in illud æque dissolvi. *Anaximander.*

Anaximenes Euristadi filius Milesius aerem principium rerum esse definit, ab eoque universa manare. *Anaximenes.*

Anaxagoras Hegesebuli filius Clazomenius similitudines partium principium rerum omnium esse statuit. *Anaxagoras.*

Archelao Apollodori, sive ut aliis placet, Miltonis filio, Atheniensi ac physico placet a terra omnia proficisci, idque rerum esse principium. *Archelaus.*

Socrates Elbagii sive Sophronisci & Phenaderetæ obstetricis filius, moralis philosophus, quæ ad sese pertinent, sola homini inquirenda dixit, neque præterea quidquam. *Socrates.*

Pherecides quoque terram omnibus priorem esse definit. *Pherecides.*

Pythagoras Samius Mnesarchi filius Deum esse monadem adseruit, neque quidquam sine ipso productum. Negabat Diis esse animalia sacrificanda, aut animatis vescendum, ac ne fabas quidem comedendas, neque vini potum sapientibus adhibendum putabat. Idem, quæ infra lunam sunt, patibilia esse dicebat omnia, *Pythagoras.*

omnia, ſuperiora vero nihil pati poſſe. Adhæc animam varia in animalia transire docuit; item diſcipulis quinquennale ſilentium indicebat. Poſtremo Deum ſeſe nominare auſus eſt.

Xenophanes. *Xenophanes* Orthumeni filius Colophonius e terra & aqua propagata eſſe dixit omnia; neque quidquam in ulla re veritatis ineſſe: ſic incertum & ignotum verum eſſe, opinio vero ubique verſatur præſertim in obſcuris.

Parmenides. *Parmenides* Pyrettis filius patria Æneates, infinitum ajebat omnium rerum eſſe principium.

Zeno. *Zeno* Æneates Eriſticus, ſive contentioſus, cum eadem altero cum Zenone ſentiebat, & immobilem eſſe terram, nec inanem ullum eſſe locum: ergo ita diſputabat, quidquid movetur, aut in eo in quo eſt loco movetur, aut in quo non eſt: atqui nec in quo ineſt loco, nec in quo non ineſt, movetur, nihil igitur movetur.

Meliſſus. *Meliſſus* Ithagenis filius Samius unum eſſe definit omnia, nec quidquam in natura eſſe conſtans aut perpetuum, ſed omnia vi eſſe corruptubilia.

Leucippus. *Leucippus* Mileſius, Eleaten alii faciunt ex Eriſticorum grege, univerſum in infinito verſari docuit: porro omnia ſola ſpecie & opinione conſtare, veritate ipſa nihil, ſed adparere

parere ita duntaxat, perinde ac remus in aquam demersus.

Democritus Damasippi filius Abderita mundum infinitum constituit, ac supra inane posuit. Præterea unum esse finem omnium, & animi tranquillitatem optimum esse, dolores vero mali omnis terminos esse adseruit. Quod justum videtur, nequaquam esse justum, injustum vero naturæ esse contrarium, immo vero pessimum inventum leges adpellabat, nec iis parere sapientem oportere, sed in sua libertate vivere. *Democritus.*

Medorothorus Chius nihil a quoquam sciri voluit. Verum inquit, quæ nosse videmur, adcurate non intelligimus, neque sensibus adhibenda fides est, omnia quippe opinione constant. *Medorothorus.*

Protagoras Menandri filius Abderita. Deos esse negabat, ac divinitatem omnem funditus tollebat. *Protagoras.*

Diogenes Smyrnæus, vel ut alii volunt, Cyrenæus eandem cum Protagora opinionem tenuit. *Diogenes.*

Pyrrho Elidensis collectis in unum sapientium omnium dogmatibus confutationes eorum scripsit, & eversis illorum opinionibus nullam amplexus est. *Pyrrho.*

Empedocles Metonis filius Agrigentinus ignem, terram, aquam & aerem quatuor esse *Empedocles.*

prima elementa dixit, atque inimicitiam elementis omnibus priorem; siquidem initio separata ac distracta erant omnia, nunc in unum conjuncta sunt & amica reddita: quocirca duo sunt illius opinione principia & vis duplex, inimicitia & amicitia, quarum ista copulandi, illa separandi potestate prædita sunt.

Heraclitus. *Heraclitus* Besoni filius Ephesius igni originem rerum omnium adscribebat, in eundemque resolvi putabat omnia.

Prodicus. *Prodicus* quidam elementa quatuor Deos adpellavit, inde solem & lunam, ab iis enim vitalem in omnia vim diffundi.

Plato. *Plato* Atheniensis Deum & materiam ac formam constituebat: mundum ipsum & productum & corruptioni obnoxium: animam neque productam & immortalem, adeoque divinam credebat, ejusque triplicem partem esse, rationem scilicet, irascentem, concupiscentem. Nuptias & uxores promiscuas esse omnibus & communes, & nemo ut privatam conjugem suam haberet, sed quilibet cum volentibus consuetudinem haberet.

Aristippus. *Aristippus* Cyrenæus ventri gutturique deditus, ac voluptuarius finem animæ dixit esse voluptatem, qua qui fruitur, beatus, qui omnino caret, miserrimus est. Ita vulgo memorant.

Theo-

Theodorus cognomento Atheus, quæ de Deo dicerentur, nugas esse arbitratus est. Quippe Deum esse nullum: ob id furari, pejerare, rapere suadebat omnibus: unicam enim patriam esse mundum, eumque tantummodo bonum esse, qui sit beatus: quisquis autem infelix esset, tametsi sapiens foret, esse fugiendum. Denique vel insipientem atque contumacem divitem adsciscendum esse. *Theodorus.*

Hegesias Cyrenæus amicitiam & gratiam funditus tollebat, nec ullas esse dicebat; nam aut egentem alterius opera inire ab eo gratiam, aut majore adfectum beneficio vicissim rependere: homini malo vitam expedire, sapienti mortem, ajebat; unde mortis suasor adpellatus est. *Hegesias.*

Antisthenes e Thracia natus Athenis primum Socraticus, deinde Cynicus extitit; hic aliorum scelera ac turpitudines æmulari neminem oportere docuit: urbium mœnia adversus intestinum proditorem imbecilla esse, animæ vero firma & inconcussa mœnia dicebat. *Antisthenes.*

Diogenes Cynicus Synopensis e Ponto Antistheni diligentem operam dedit: bonum sapienti cuilibet esse tolerabile, cætera nugacia & inania pronunciabat. *Diogenes.*

Crates Thebis in Bœotia oriundus, secta Cynicus, rerum omnium inopiam veram esse libertatem adfirmabat. *Crates.*

Arcesilaus solum Deum veritatem adsequi, hominum vero neminem decrevit. *Arcesilaus.*

Carneades. *Carneades* Arcesilao in omnibus assensus est.

Aristoteles. *Aristoteles* Nicomachi filius, ut nonnullis placet, Macedo ac Stagyris oriundus, quanquam alii Thrácem fuisse malunt, duo principia constituit, Deum ac materiam: quæ supra lunam sunt, divina providentia ait gubernari, sed inferiora nulla regi putavit: item duos esse mundos superiorem & infimum, illum incorruptum esse, corrumpi vero alterum. Postremo animam esse entelechiam, hoc est, continuam motionem.

Theophrastus. *Theophrastus* Etesius Aristotelem omnino secutus est.

Strato. *Strato* Lamsacenus caussam omnium rerum calidæ naturæ tribuebat: infinitas esse mundi partes, neque animal esse capax omne dicebat.

Praxiphanes. *Praxiphanes* Rhodeus eadem ac Theophrastes adserebat.

Critolaus. *Critolaus* Phaselita Aristotelem secutus est.

Zeno. *Zeno Citiensis* Stoicus templa Diis extrui nolebat, quippe divinum sola mente continendum, sive potius habendam esse pro Deo ipsam, utpote quæ sit immortalis, mortuos feris objiciendos aut igne concremandos: pueros in amoribus ac delitiis habere permittebat, idem moderari ac regere omnia Deum adserebat. Rerum caussas partim in nostra potestate positas, partim extra nos sitas, hoc est, rerum alias juris esse nostri, alias nequaquam esse definiebat. Ad hæc animam a corpore

pore sejungi, quam & diuturnum spiritum adpellabat, sed non prorsus incorruptam esse, ideoque paulatim temporis longinquitate consumi & in nihilum redigi.

Cleanthes summum bonum & honestum voluptates esse dixit: hominem solam adpellabat animam: Deos mysticas esse quasdam figuras & sacra nomina: itaque solem daduchum, hoc est, faciferum esse, mundum ipsum initiatorum. Adflatu numinum correptos ceremoniarum vicem obtinere. *Cleanthes.*

Perseus Zenoni penitus adstipulatus est. *Perseus.*

Chrysippus Solensis nefarias & illicitas leges sanxit, nam & filios cum matribus & cum filiabus patres commiscere corpora volebat. In cæteris cum Citiensi Zenone sentiebat: addebat & illud, ut humanis carnibus vescendum statueret: ultimum bonorum finem animi jucunditate metiebatur. *Chrysippus.*

Diogenes Rhodeus omnia ex voluntate constare censebat. *Diogenes.*

Panætius Rhodeus mundum adfirmabat immortalem, neque vetustate confici; divinationem funditus repudiabat: quæ de Deo adferuntur, evertebat: summum hominis bonum in divitiis & sanitate ponebat. *Panætius.*

Athenodorus Tarsensis eadem cum Chrysippo & Zenone dogmata tenuit. *Athenodorus.*

Epicurus Neoclis filius Athenis educatus voluptariam vitam amplexus est: itaque cum- *Epicurus.*

cum meretricibus publice, sine ullo rubore consuetudinem habuit: Deos esse nullos ajebat, sed fortunæ arbitrio cuncta gubernari. Nihil in mundo liberum esse, sed omnibus omnia præter voluntatem accidere: neminem idcirco vituperandum aut collaudandum esse, eo quod nihil istiusmodi ex libero animi decreto suscipiat: mortem negabat unquam esse pertimescendam. Idem ex atomis, sicuti jam dictum est, totum hoc universum constare, & in infinito spatio mundum esse, confitebatur.

Hi sunt sectarum apud Græcos conditores, quos comperire potuimus. Quod ad alios spectat, qui inter barbaros aut in Græcia ac Romanorum regione aliisque mundi tractibus emerserunt, in Indorum natione 72. absurdissimæ philosophiæ sectæ numerantur; velut Gymnosophistarum & Brachmannorum, quæ solæ ex omnibus laudandæ sunt: deinde Pseudobrachmannorum & eorum, qui mortuorum cadaveribus vescuntur, & qui fœdissimam rem perpetrant, & stupidi ac desperati sunt, quorum singula persequi & horrenda facinora commemorare supervacaneum & indignum putavi. Nam in Media rursum sex esse feruntur sectæ a se invicem diversæ: in Æthiopia vero ac Perside, Parthia, Elamitide, Caspia, Germania, Sarmatia, apud Daunos, Ziccos, Amazonas, Lazos, Iberos, Bosphoranos, Gelos, Seras, aliasque gentes, legum ac sectarum & hereson, ac variorum institutorum infinita genera sunt.

Exem-

Exempli caussa: apud Seras viri capillos intorquent, ac domi resident, unguentis delibuti, ac muliebri cultu & lenocinio, quo uxoribus placeant, expoliti: econtrario fœminæ tonso capite virili cingulo præcinctæ agriculturam exercent: apud Gelos perversa ratione mala perpetrant, ac ipsis legibus commendantur. Jam apud Græcos quam multa miseria sunt: uti Megarica mulierum sacra, Tesmophoria, quorum ritus a se mutuo discrepant. Tum Eleusiana, quæ in honorem Cereris ac Proserpinæ celebrantur, & quæ illic in penetralibus obscœna committi solent: veluti cum mulieres denudantur: adde & Pythia, quæ in honorem Anchemori & Isthmia, quæ in Athamantis & Melicertæ Inus filii memoriam indicuntur. Item eos, qui phallum circumferunt: adhæc Rheæ cultores viros, qui teneros nares exsecant, & virilia fundtus amputant: sunt & alii, Dyonisiaci, qui Curretum sacris & carnium divisioni initiare solent, coronati serpentibus, ovantes, & *ova ova* vociferantes, hoc est, Evam illam, quam serpens decepit, invocantes: nam Eva, si tenui spiritu pronuncietur, fœminam significat, sin aspiretur, hebræi hoc vocabulo, Heva, serpentem intelligunt.

Nunc de catholicæ Ecclesiæ sanctionibus ac legibus pauca mihi necesse est, deque earum forma aliqua saltem ex parte persequi: quæcunque nimirum proprie olim in ipsa servata sunt, hodieque servantur, par- *Ordines Ecclesiastici.*

tim ex præcepto, partim ex inductione animi. Fundamentum igitur ac velut crepido quædam in Ecclesia virginitas est, quæ a plerisque colitur, & in illustri quadam gloria ac prædicatione versatur. Virginitatem solitaria vita proxime sequitur, quam in plerisque sexus utriusque monachis videmus. Secundum hanc continentia ad idem pietatis curriculum fundata est: deinde viduitas cum diligenti cautione, & casta vitæ ratione conjuncta. Post gradus illos & ordines suum quoque locum obtinent honestæ nuptiæ, quæ magno in honore sunt, præsertim singulares, ac minime repetitæ, quæ præceptorum observationi student: quod siquis mortua uxore, vel mulier mortuo viro id voluerit, alterum virum uxoremve duntaxat post alterutrius obitum sibi adsciscere libet. Horum omnium velut fastigium, & ut ita dicam, matris ac genitricis locum sanctum sibi sacerdotium vendicat, quod ex Virginum ordine præcipue constat, aut si minus ex virginibus, certe ex monachis, aut nisi ex monachorum ordine ad illam functionem obeundam idonei cooptari possint, ex his creari sacerdotes solent, qui a suis se uxoribus continent, aut secundum unas nuptias in viduitate versantur: secundis vero nuptiis implicitus in Ecclesia ad sacerdotium non admittitur, tametsi aut sese ab uxore contineat, aut sit viduus, ejusmodi inquam, ab Episcopi, presbyteri, diaconi & subdiaconi gradu rejicitur. Secundum hos gradus lectorum ordo ex omnibus ordinibus eligi potest, h. e. e Virginibus,

mona-

monachis, continentibus, viduis & iis, qui honestis matrimoniis illigantur; imo si necessitas tulerit, ex illis etiam adsciscuntur, qui post prioris uxoris obitum cum altera sese copularunt: quippe Lector non sacerdos est, sed tanquam divini verbi scriba: Diaconissæ vero ad hunc unum usum adhibentur, ut mulierum decoris & honestatis caussa sint administræ, si id forte necesse fuerit, sive cum baptismo initiandæ sunt, sive cum earum corpora perscrutanda: illæ quidem univiræ & continentes esse debent, vel post unas nuptias viduæ vel perpetuæ virgines. Post illos omnes ordines deinceps Exorcistæ sequuntur, & linguarum interpretes tam in lectionibus, quam in concionibus: sequuntur laboratores, qui mortuorum corpora curant; demum janitores ac reliqui disciplinæ caussa ordines instituti. Sacri porro conventus & synaxes ab Apostolis instituti sunt, his potissimum diebus, quarta & sexta feria & dominica. Item quarta & sexta feria jejunium ad horam usque novam indictum: propterea quod quarta feria comprehensus est Dominus, & sexta in cruce sublatus. Ideo per illos dies jejunandum esse decreverunt Apostoli: neque vero ut ei gratificemur, qui nostra caussa passus est, instituta sunt jejunia, sed ut salutis nostræ caussa cruciatus illos profiteamur, quos pro nobis Dominus ipse suscepit, atque ut hæc a Deo jejunia expiandis nostris sceleribus imputentur. Porro istiusmodi jejunium toto anno in Ecclesia catholica diligenter observatur. Quarta uti dixi, sextaque

que feria ad horam usque nonam, exceptis quinquaginta Pentecostes diebus, quibus neque genua flectuntur, neque jejunium indicitur. Pro illis vero conventibus, qui ad horam nonam quartis sexisque feriis consueverunt celebrare, per illos dies perinde ac dominica die matutinæ synaxes obeuntur: neque vero totis illis duntaxat quinquaginta Pentecostes diebus jejunia fiunt, sed neque Epiphaniarum die, quo Dominus secundum carnem natus est, jejunare licet, tametsi quartam in feriam vel sextam inciderit. At qui pietati student, egregia quadam ac laudabili voluntate perpetuo solis dominicis ac Pentecostes diebus exceptis jejunia sibi ac vigilias imponunt: nam dominicas omnes festas hilaresve catholica esse sanxit Ecclesia: ac solennes conventus matutinis horis indicit, nec ulla jejunia celebrat: absurdum enim est, jejunare dominico die: cæterum ante septem paschatis dies quadragesimam observare, & in jejuniis perseverare, eadem consuevit Ecclesia: dominicis vero nullis omnino, adeoque nec ipsius quidem quadragesimæ jejunare solet. Præterea sex illos paschatis dies Xenophagiis, hoc est, arido victu transigere populus omnis adsuevit, hoc est, panem duntaxat cum aqua sub vesperam adhibere. Immo vero nonnulli ad biduum vel triduum vel quatriduum usque jejunia prorogant: alii totam hebdomadam adusque sequentis dominicæ gallicinium sine cibo transmittunt: pervigilia vero sex obeunt, ac eodem synaxes, quæ tota quadragesima post horam

horam nonam ad vesperam usque celebrantur. At quibusdam in locis in ea solum nocte, quæ quintam feriam sequitur, & in sextam desinit, atque in ea, quæ dominicam antecedit, pervigilant: aliis in locis quinta feria divini mysterii cultus hora tertia celebratur, atque ita missio populi fit, ut in aridorum usu persistant: alibi vero divini mysterii cultus non prius indicitur, quam dominicus dies illuxerit, cum sub gallorum cantu dimittitur populus in ipso resurrectionis festo ac solemni celeberrimaque paschatis die, quemadmodum præscriptum est. Quod ad alia mysteria pertinet, uti baptismi, & quæ interiora sunt, ea ritibus illis ac ceremoniis obeuntur, quæ ex Evangelio & Apostolorum auctoritate ac traditione profectæ sunt.

Jam vero quod ad mortuos spectat, nominatim illorum mentio fit, ac preces & sacrificia mysteriaque frequentantur; matutinæ insuper laudes in Ecclesia catholica matutinæque preces assidue celebrantur: Lucernales item psalmi & adorationes. Porro monachorum alii in urbibus degunt, alii in monasteriis habitant, & ab hominum frequentia longius abscedunt. Nonnullis vero prolixior coma placuit, sanctioris instituti caussa, id quod suapte voluntate sive Evangelii præcepto, aut Apostolorum adprobatione faciunt: nam Apostolus Paulus formam ejusmodi atque cultum abdicavit. Sunt & alia in catholica Ecclesia instituta vivendi præstantia:

Officium mortuorum. *Victus monachorum.*

ſtantia: nimirum quod alii carnibus prorſus abſtineant, tam quadrupedum & avium, quam piſcium, nec non ovis ac caſeo. Item alia ſunt vitæ genera eorum, qui illis omnibus abſtinent, alii quadrupedibus duntaxat, ſed avibus ac cæteris veſcuntur: alii etiam ab avibus temperant, oves & piſces adhibent: alii etiam ova repudiant: ſunt, qui ſolos piſces retinent, quibus non nulli etiam abſtinent, qui tamen caſeum ſibi permittunt: alii vero caſeo non utuntur: præterea quidam a pane abſtinent, quidam ab arborum fructibus & coctis omnibus: plerique humi cubant: alii nudis pedibus ſine calceamentis incedunt: alii occultum cilicium ferunt, qui id laudabiliter virtutis aut pœnitentiæ cauſſa ferunt; nam cilicium palam præſeferre, minus decorum videtur: neque plus decoris habet, quod nonnullis viſum eſt, cum vinculis collo inditis incedere: ſed quam plurimi balneas nunquam vident: nonnulli ſæculo ita renunciant, ut leviores quasdam artes ac minus negotioſas ſibi ipſis excogitarent, ne ætatem in otio degerent, aut cibum cum cujusquam incommodo ſumerent. Magna vero ex parte in decantandis pſalmis ac perpetuis orationibus, & ſacrarum literarum lectionibus, iisdemque memoriter pronunciandis ſe ipſos exercent.

Jam vero hoſpitalitatis, humanitatis & in omnes pauperes beneficentiæ fructus toti catholicæ & apoſtolicæ Eccleſiæ communis omnibus eſt indictus: eadem vero Eccleſia pro

obsoleta illa in Christo circumcisione bap-
ıum accepit, ac pro toto exiguo Sabba-
. majoris quietem admittit. Ab omnium
'eseon communione se segregat, fornica-
ıem, adulterium, ac omnem proscribit
linem: item idololatriam, homicidium,
ns, omnes maleficas artes, veneficia, Astro-
ıiam, sortitiones, incantationes &c. ad
: theatra, equestres ludos, venationes ac
ica spectacula damnat: tum omnem ma-
centiam, detractionem, rixam, blasphe-
m, injuriam, cupiditatem & usuram:
otiatores non admodum probat, sed in
nium infimo loco constituit: oblationes ab
, qui injuria neminem adfecerint, neque
ius aliquod perpetrarint, sed justitiam in-
ıant, admittit: preces ad Deum assidue
dere, easdemque frequentissimas ac sedu-
genibus interim opportuno tempore flexis
tes ac dies præcipit. Porro quibusdam
locis sacri conventus & synaxes etiam
bathis indicuntur: illud vero non ab om-
ns sed a præstantioribus observatur, ne
erent omnino, neque convitium cuiquam
iant aut deprecentur, pro eo ac Salvator
it: adeoque quod in ipsis situm est, nun-
ım omnino mentiuntur: plerique vero bo-
sua vendunt, & in pauperes distribuunt.



SAN-



SANCTI EPIPHANII
EPISTOLA ANCORATUS DICTA

MONITUM.

Epistola hæc seu liber *Ancoratus* dictus quia est instar ancoræ, cui fideles adhærere possunt. Exponit ibi S. Epiphaniu doctrinam Ecclesiæ circa mysterium Trinitatis, resurrectionem mortuorum probat, d æterna vita ac judicio animæ & corporis disputat, refellit etiam errores Ethnicorum Manichæorum, Sabellianorum & Arianorum Liber iste compositus est pro Christianis Pamphiliæ ante præcedentem, uti liquet ex præfatione, ubi adnotatur, eum conscriptur esse anno decimo imperii Valentini, hoc est anno Christi 373.

ANALYSIS.

1) Verus Deus est pater: verus Deus filius verus Spiritus sanctus, Dei videlice Spiritus ac Spiritus veritatis, Trinitas in un Spiritu numerata. Nam de Patre filius ipsi loquitur: *ut cognoscant te solum verum Deum* Jo. 17. est autem idoneus ille testis, qui i illius pectus recubuit, cum unigenitum Deun illum adpellat: neque vero ad unigenitun Deum addidit *verum Deum*: sed de Patre vero Deo scriptum est: Filius autem unigeni

tu

tus filius dicitur. Præterea de Patre scriptum est, lumen esse Deum, de filio: *erat lux vera*, Jo. 1.

2) Animadverte vero adcuratissimam sacrarum literarum diligentiam: est enim Pater lux, nec ad mentionem Patris lucem veram adjecit, sed filio istud adtribuit: neque quisquam pronunciare aliter potest: quis enim adeo insanus est, ut inde contumeliosæ in Deum opinionis occasionem concipiat, quod in illo loco veri vocabulum non videat? Nam si genitus ab illo germanus filius vera lux est, filii quoque genitor sine ulla dubitatione vera lux est, ille inquam ipse, qui huic sine ullo principio ac tempore veram lucem progenuit. Et quemadmodum nemo tam audax esse debet, ut patrem veram esse lucem inficietur, & per nos ipsi pietatis caussa, quod minime scriptum est, intelligimus, lucem esse veram, nec de ea re dubitamus, ne in sempiternum ruamus exitium, ita & de filio scriptum est, quod Deus sit filius, & licet verus Deus non dicatur, insanissimi nihilominus esse videmur, si contumeliose aliquid idcirco jacere velimus, & filium verum esse Deum, negemus: Satis est enim, uni personæ, quod cum tota trinitate conjunctum est, tribui oportere, & ex Patre filium verum Deum intelligi, ac verum Spiritum, cum ex rei veritate idem significantia vocabula utriusque nominibus respondeant: videlicet Patri verus Deus: Filio Deus: Econtrario vero

vero Filio lux vera, Patri vero lux, ut duabus illis de divinitate sententiis conjunctis, quod & Pater verus sit Deus, & filius lux vera: quod Pater lux sit, & filius Deus, ex lucis, Deique vocibus divinitatem unam, & ex his, Deus verus, & lux vera unam virtutis singularitatem fateamur.

3) Similiter & de Spiritu S.: si ego abiero, *veniet* inquit, *ille Spiritus veritatis*, Jo. 16. de se ipso vero loquens: *ego sum* inquit, *veritas*; de Patre: *Spiritus Patris mei, qui loquitur in vobis*: ac de Spiritu: *Spiritus* inquit *meus stat in medio vestrum*: Act. 2. Ad hæc Spiritus, qui inexplicabili quadam ratione agit cum filio, ipsum in solitudinem expellit, ut a diabolo tentetur. Quin & ipse dominus: *Spiritus* inquit, *Domini super me, propter quod unxit me*, Luc. 4. Porro Spiritus S. per Prophetas loquens: hæc dicit, inquit, Dominus omnipotens, qui in prophetis loquitur, Dominus, qui firmat tonitru, & creat Spiritum. Amos 4. *Tonitru inquam* illud, cujus ab hominibus fragor exauditur: *creans vero Spiritum*, quo pluvias excitat, quæ terris divinitus immittuntur. Ergo de creatis rebus cum loquitur, his utitur verbis: *firmans* tonitru & *creans* Spiritum: hæc enim creata sunt: at vero Christum suum non jam creare, non firmare, sed nunciare duntaxat hominibus dicitur, vere a se genitum, increatum, qui mutari non potest, quia sempiternus est, qui a Joanne prædicatus est, quique semper est. Nam *qui est*, ait Moyses, *misit me*, Exod. 3.

&

& Joannes: *qui est in sinu Patris, ille narravit*, Jo. 1. itaque & filius existens dicitur, & Pater existens, existens videlicet ad existentem comparatus, atque ex ipso genitus, qui neque confusus cum Patre, nec esse aliquando cœpit, sed semper cum Patre germanus est; Pater vero semper filium genuit; neque enim tempus ullum extitit, quo Pater non fuerit, aut quo filius Patri soli non fuerit: nam si tempus fuisset ullum, quo Pater non fuisset, ille alterius Patris esset filius, antequam unigeniti filius existeret. Ita cum in Patre pios se esse student, prorsus impii sunt. Nam in Deo neque tempus ullum, neque tempestas est, non temporis punctum, non horæ momentum, non cogitationis motus, sed quantum mens tua sese ad filium comprehendendum ac credendum erigit, una & Patrem animo concipe: quippe nomen ipsum significandi vim habet, ac quoties filium adpellas, tunc cum filium dicis, Patrem intellige: nam ex filio Pater intelligitur, & cum Patrem nominas, filium significas; quippe Pater filii prorsus esse dicitur.

4) Quandonam igitur pronunciare audacter potes, Patrem non fuisse, ut & filium non fuisse dicas? Quodsi nullam dignitatis accessionem adfingere audeas Patri, nam filius ejusdem cum illo substantiæ est, neque additamento ullo, vel gloria, aut incremento opus habet: disce ergo tuas in Deum contumelias reprimere, sed perpetuo crede, æternum esse Patrem, a quo filius sit revera

 geni-

genitus, qui & ipse revera semper est, & ad existentem revera Patrem refertur. Quippe filius semper est non confusus cum Patre, nec ipsius frater, sed germanus filius a Patre genitus, ac natura non adoptione filius. Idem & Patri consubstantialis non homiusios, i. e. simul substantia; sed homousios, i. e. consubstantialis, nempe non extra Patrem genitus, ut nonnulli cavillantur, qui filium non ex rei veritate esse, sed adoptione censent. Atqui fidei vinculum est, consubstantialem fateri, quo usurpando vocabulo Sabellii robur infringis: non enim consubstantialis vox singularem hypostasin significat, sed subsistentem esse Patrem, subsistentem Filium, subsistentem Spiritum S. esse declarat. Porro qui consubstantialem esse dicit, ab eadem divinitate non alienum facit, sed Deum ex Deo filium, ac Deum Spiritum S. eadem divinitate constantem, non tres Deos exprimit: etenim cum filium Patremque nominamus Deum, duos Deos non dicimus, nam nulla est multitudo Deorum: cæterum tribus illis nominibus divinitas una Patris, Filii, ac S. Spiritus exprimitur, non duo filii; unigenitus quippe filius unus est: ita Spiritus S. Spiritus sanctus est, Deique Spiritus, qui cum Patre & filio semper est, nec alienus a Deo, sed a Deo existens. Ad hæc unigenitus filius comprehendi non potest; non potest & Spiritus sanctus, qui sic a Deo procedit, ut a Patre & Filio non sit alienus, neque per ipsum Pater & Filius in unum confusi coalescunt; verum Trinitas eadem substantia constans

semper

semper exiſtit, ac neque altera præter divinitatem eſt ſubſtantia, nec altera præter ſubſtantiam divinitas; ſed eadem eſt divinitas, & ex eadem divinitate filius eſt & Spiritus ſanctus.

5) Hujus Spiritus ſancti divinitas tum ex eo patet, quod in ejus nomine in baptiſmo peccatorum condonationem & redemtionem obtinemus; deinde quod & beatus Petrus Ananiam ſic alloquitur: *Cur tentavit vos Satanas mentiri Spiritui ſancto, non mentitus es homini ſed Deo?* Actor. 5. Igitur Deus eſt a Patre & Filio procedens Spiritus, cui mentiti ſunt, qui de pretio agri aliquid ſubtraxerunt. Huic etiam Paulus adſtipulatur his verbis: *Vos autem templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis*, 1. Cor. 3. Deus igitur eſt Spiritus, & templum Dei vocantur homines ſancti, uti princeps Apoſtolorum teſtatur, ſupra quem eſt Eccleſia Dei fundata. Matth. 16. quem etiam Cherubim & Seraphim laudant dicentes: ſanctus, ſanctus, ſanctus: non dicunt: ſancti, ſancti, ut ei, quod ſingulare eſt, multiplicem adpellationem tribuant, nec trium numerum ſimulent; ſed ita ter ſanctum prædicant, ut nulla ſingularitate in ſermone pronuncient. Pater ergo verus & ſubſiſtens, Filius verus & ſubſiſtens, Spiritus S. verus & ſubſiſtens, tres in numero, ſed una divinitas, una ſubſtantia, una gloria & unus Deus, & cum Deum nominamus, etiam Spiritum ſanctum dicimus, utpote *qui omnia perſcrutatur etiam profunda Dei*, 1. Cor. 2.

Primatus Petri.

6) Sed objicis: Dei quidem profunda ſcrutari Spiritum, ſed minime conſequi, quod non adjunctum eſt; verum quemadmodum de Patre nefas eſt dicere, perſcrutari illum, nec adſequi, propterea quod hominem ille condidit cum filio & Spiritu S., nam perpetua Trinitas eſt, nec ullam acceſſionem admittit; ita etiam de Spiritu S. animo tuo concipere debes, nam cum dicit, hominem ab illo eſſe fabricatum, vocem Patris indicat, & cum eo omnia ſcrutatur & adſequitur.

7) Dicis ulterius: Filius non novit diem judicii, Marci 13. Verum ſi filius Patrem cognoſcit, neceſſe eſt, ut & diem illam cognoſcat, neque quidquam eſt, in quo minor, quod ad cognitionem pertinet, habendus ſit filius. At enim inquies: Pater cæteris omnibus major ea ſcientia præditus eſt, Filius non item: hoc enim ipſe teſtatur: *Pater meus major me eſt*, Jo. 14. Verumenimvero filius ad honorandum Patrem iſta dixit; quod merito faciebat, utpote majorem & ipſe in modum honoratus a Patre: cum igitur Patrem filius noverit, ac Pater ſit die illa & hora major; num is tandem quod minus eſt, ignorabit? Quare qui, quod majus eſt, Patrem videlicet cognoſcit, quod longe minus eſt, quomodo diem illam & horam ignorare poteſt? Quippe duplex eſt in ſcriptura cognitio, una, quæ in actione conſiſtit, altera, quæ ſola ſcientia continetur: Pater porro diem illam & horam duobus modis, hoc eſt, ſcientia & actione cognoſcit, novit enim,

quando futura sit, & jam etiam indicavit, cum filium judicaturum constituit, & sic actione ipsa cognovit: porro Dei filius, quando ventura sit dies illa, novit; adeoque hanc inducit, nec ignorat, nondum tamen eam ex illa cognitione produxit, i. e. nondum actione cognovit; adhuc enim impii impie se gerunt, & diabolus operatur, & judicium patienter differtur, donec suo tempore veniat, idque filius actione ipsa cognoscat, & ultionem instituat. Verum nec angeli diem illam & horam, neque scientia, neque actione cognoscunt: quippe quandonam Pater & Filius & Spiritus S. diem illam inducere velint, penitus ignorant & actione & cognitione. Proinde Pater novit & facit, Filius novit, sed nondum fecit, atque hoc modo accipiendus est locus iste: Nisi pater solus, neque angeli, neque filius.

8) Sed dicis: in cantico trium puerorum Daniel. 3. nulla sit Filii Dei & Spiritus sancti mentio. Verum, præterquam quod in eo creaturæ potissimum, inter quas non est Filius & Spiritus sanctus, ad benedicendum Deum invitentur, non ex ignorantia, sed securitatis gratia nominatim illos adpellare noluerunt. Sed inquiunt: *benedicite omnia opera Domini Domino:* non dicunt: benedicite Filio Dei Domino, vel benedic sancte Spiritus Domino, sed benedicite omnia opera Domini Domino. Et ne quis objiciat, Cherubim ac Seraphim esse nominatos, qui proinde non videntur esse opera Dei, laudationem suam

sancti illi pueri geminaverunt, & creata omnia ad Dei prædicationem adtulerunt, ipsos etiam Cherubim & Seraphim, qui cum cæteris angelis Trinitatem eadem gloria, eodem ordine, eadem substantia prædicant vociferantes: sanctus, sanctus, sanctus, ac voces quidem has suas proferunt, sed eas singulariter, non multipliciter exprimunt: neque quarto sanctus addiderunt, ne ad Trinitatis fidem aliquid adderent: neque bis tantum sanctus dicunt, ne quid perfectæ gloriæ deesset, sed eam vocem *ter* usurpant, ut Patrem, Filium & Spiritum S. eodem honore considerarent: non dicunt: sanctus & semisanctus, sed æqualiter ubique sanctus proferunt, ut una voce, uno sermone & una perfectione & Trinitatem in unitate, & unitatem in Trinitate celebrent.

9) Objiciunt porro: Christus dixit: *ego vado ad Deum meum & Deum vestrum, Patrem meum & Patrem vestrum*: ergo inter creatas res Christus recensetur. Jo. 20. sed respondeo: Christus Patrem suum Deum adpellare debuit, ob humanam naturam nostri caussa susceptam, cum perpetuo apud ipsum Patrem existat, genitum sine ullo initio verbum, & postremis his temporibus e Maria virgine de Spiritu S. progenitum.

10) Atenim inquiunt, de Deo scriptum est, non esuriet, nec sitiet, Isaj. 40. Econtrario vero de filio legimus, illum in solitudine esuriisse; dein similiter Deus non fatigatur:

tur: At Dominus Jesus in itinere fatigatus est, & in mari dormiisse narratur. Verum o inanes cogitationes! qui hæc animo suo pertractat; non enim onera duntaxat nostra pro nobis adveniens verbum sacrosanctum sibi imposuit, sed etiam contrectari voluit, carnem induit, inventus est homo, a scribis comprehensus, sed & ploravit, uti in Evangelii Lucæ compluribus exemplaribus non correctis legitur, eoque testimonio S. Irenæus Lib. contra hæreses ad eos refellendos utitur, qui Christum specietenus adparuisse dicebant: At catholici timore quodam inducti vocem illam sustulerunt, neque finem illius, & quod validissimum est, satis intellexerunt; & in anxietate constitutus sudavit, & sudor ejus similis fuit guttarum sanguinis, & adparuit angelus corroborans ipsum, Luc. 22. Neque hoc tantum, sed & hominis instar interrogat: *ubi posuistis* Lazarum. Jo. 11. Et de muliere sanguinis profluvio laborante: *Quis me*, inquit, *contigit?* tum ad eos, qui se quærebant: *quem quæritis?* quin & discipulos hominis more percontatur: quem me esse dicunt homines filium hominis? Item alio loco, quot inquit panes habetis? Ad hæc lassus ex itinere sedit ad puteum in Samaria: quid quod puer crescebat, & confirmabatur Spiritu, & progrediebatur, ætate ac sapientia Jesus: item antequam norit puer vocare Patrem, aut matrem, diripiet oves Damasci, & spolia Samariæ. Isa. 8. Ille ipse, qui sapientia est, omnia illa nostra caussa sustinuit, ut, quidquid ad-

sumtæ pro nobis humanæ naturæ consentaneum est, observans veritatis propriam notam atque formam non subtraheret.

11) Verum ne testimonia illa perperam interpretentur, quod sit uniuscujusque momentum & quam ob caussam ad humanam adfectionem accommodate scriptum sit, de eadem re plura disputabimus, sicut & de aliis, ut ex ipsa orationis circumstantia prudens quisque cognoscere possit, merito illud usurpatum fuisse. Sic id *Deus meus*, ad id, quod non est aspectabile, refertur; illud vero *Pater meus* ad aspectabile refertur, ita, ut neuter sensus rationi sit contrarius. Proinde illud: *non sitiet, vel esuriet*, nostra caussa est scriptum: nam quomodo vera esse reperiretur incarnatio, nisi naturalem homini necessitatem præseferret? Hac etjam ratione quæstionem, quæ ab hæreticis objicitur, dissolvere nos docuit; & imprimis falsam Manichæorum opinionem submovit: nam quod manducasse & bibisse dicitur, veram carnem fuisse declarat; & nihil est stolidius, quam Dei divinitati hæc adscribere velle. Atenim inquiunt, caro per se non comedit, aut bibit, neque fatigatur, nec istius generis cætera præstat. Ego vero carni per sese convenire ista non posse, fateor; sed quidquid hominis proprium est, verbum in se transtulit, carnem videlicet & animam, & quæcunque in homine cernuntur. Animæ porro carnisque propriæ partes erant, famem & fatigationem, sitim ac mœrorem & cœtera suscipere.

pere. Plorat itaque, ut Manichæi errorem convincat, seque non specie sola carnem doceat, sed ex rei veritate accepisse: sitit vero, ut non sola se carne præditum, sed etiam anima demonstret: sic etiam ex itinere fatigatus est, quod erat carni consentaneum.

12) Atenim inanissimi homines objiciunt, Christum anima fuisse præditum, persuaderi non posse: siquidem in sacris literis Esajam ex Patris ingeniti unigeniti filii persona dixisse legimus: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi placui, quem dilexit anima mea. Matth. 3. ubi quid de Patre tandem existimabimus? utrumnam animam in se ipso habuisse, aut etjamnum habere? Quis adeo demens est, ut hæc de Patre suspicetur? Quid igitur dicunt? per tropum nimirum vocabulum istud usurpatum fuisse: quodsi per tropum de Patre illud dictum est, de Filio quoque sic accipiendum esse, pronunciant: unde quamvis ita loqueretur: *Anima mea turbata est*, *& potestatem habeo*, *dandi animam meam*, *vel eam sumendi*, non propterea, inquiunt, animam habuisse putandus est; sed ad tropum illud est referendum. Quare in patre quidem hac uti loquendi formula nemo debet, quod carnem nunquam ille susceperit: cum autem veram in Christo fuisse carnem Ariani fateantur, nulla potest esse ea de re dubitatio.

13) Atqui scriptum est, inquiunt: *Verbum caro factum est*: non autem verbum caro

&

& anima factum est; sed adversus imperitam hanc objectionem ita ego præscribo: Deus hominem formavit, cum pulverem e terra sumsisset, qua formandi voce universa continentur: similiter ergo voces istæ: *verbum caro factum est:* omnia comprehendunt: nam ad eundem modum nos illud ipsis opponimus: Ecce scriptura dicit: *formavit hominem Deus*, nec dixit: Jecur effinxit aut pulmonem, aut cor, aut cæteros nervos: Quare unum tandem totum hominem velut molem quandam malleo ductilem ac solidam fuisse putabimus, quod singulas partes, ex quibus conflatum est animal, minutatim scriptura non expresserit.

14) Quocirca cum animam & corpus habuerit, consequens est, verbi divinitatem a Patris substantia nihil imminutam, nullis adfectionibus obnoxiam fuisse, ut sitim, lassitudinem, famem ac cæteras hominis necessitates subiret. Neque quod scriptum est: *non laborabit, neque investigatio est prudentiæ ipsius*, Isa. 40. Salvator autem fatigatus fuisse legatur, propterea verbum cœlitus allapsum e patris substantia minime processit. Ejusmodi sunt cetera omnia, veluti dormitare, quæ humanæ conditionis indicia sunt, quæ quidem ille suscepit omnia, & inventus est homo.

15) Nec illud e memoria nostra excidit, quod ex Lucæ Evangelio Capite 24. profertur. Scriptum est autem: *Et in anxietate con-*

constitutus sudavit, & factus est sudor ejus in modum guttarum sanguinis: adparuit autem ei angelus Domini confirmans ipsum: nam nihil est loci istius auctoritate præsentius: quippe hoc ipso, quod dixit, in anxietate constitutum fuisse, dominicum hominem verum hominem extitisse declarat, quod ut ipsum ostenderet, nec a divinitate profectam illam anxietatem doceret: sudavit, inquit, & factus est ei sudor, tanquam guttæ sanguinis: corporea illa non spiritalis est species. Adparuit autem illi Angelus Domini confirmans ipsum, non quod angelicam vim ille requireret, qui Angelis antecellit, coram quo omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum; sed ut videlicet illud impleret, quod in carmine suo Moyses cantavit: Exod. 32. *adorabunt ipsum omnes filii Dei, & corroborent ipsum angeli Dei*: corroborent, inquit, ipsum, non tanquam robur aliquod ei subministrent, sed quod ab iis usurpata prædicatio collaudandi Dei vim habeat.

16) Quod vero adseritur & adfertur, humano more dictum est: *ubi posuisti Lazarum?* & de muliere sanguinis profluvio laborante: *quis me tetigit?* vel *quem quæritis*: vel *quem me dicunt homines esse filium hominis*: vel *procedebat ætate & sapientia*: vel denique *antequam norit puer vocare patrem aut matrem*: nonne vel ex ipso argumento excellentem scientiam, quam hic locus suppeditat, animadvertis, utque ad carnem & humanam naturam narrationes illæ referantur? Etenim quæ-

quæcunque in veteri testamento ex Dei ac Patris persona sic usurpantur, ut ad hominum persuasionem & illecebram infra Dei majestatem esse videantur, & ad ignorationem accedere, hæc omnia in se verbum implevit, ut quod scriptum est, reipsa præstaret: *Pater meus hucusque operatur, & ego operor.* Jo. 3. *Ubinam Lazarum deposuistis?* rogabat, cum propius ad locum accederet: atque priusquam eo venisset, discipulis suis dixerat: *Lazarus amicus noster dormit:* ergo qui tanto loci intervallo dissitus Lazarum mortuum esse cognovit, postquam in rem præsentem venit, ignorare potuit? Nequaquam opinor; sed demonstrare voluit, neminem adhuc, cum hæc omnia tam admiranda faceret, in ipsum perfecte credere, ut sui in nos indulgentiæ mirificam benignitatem ostenderet. Quippe sorores illas oportebat non ista jactare: *quatriduanus est, jam fœtet*, nec abire ac monstrare, sed ita potius alloqui: nosti omnia, & si volueris, reviviscet: quibus de caussis tam obduratæ hominum cœcitati Christus illacrymat; non igitur ignorans interrogat, sed perclitans arguit, ac humaniter tractat. Nam illud: *quis me tetigit?* non eo dicit, quod, a quo contactus esset, ignoraret, sed ne miraculum istud per se divulgaret, ut quæ audiens mulier & accedens tam singulare beneficium, quo erat adfecta, testificaretur, ac secundum ejus professionem statim audiret: *fides tua te salvam fecit*: quo ceteros ad credendum incitaret, ut ægritudinum remedia consequeretur. Præterea *quem*

nie

me inquit, *dicunt esse filium hominis?* Quemadmodum in veteri testamento loquens Pater inducitur: *Adam, ubi es?* Nam ubi esset, noverat, unde statim illum his verbis redarguit: *de ligno comedisti.*

17) Verum ad suam rursus imperitiæ pertinaciam conversi omnes illas in veteri testamento voces filii proprias esse contendunt. Sed qui ab illis quæsitus color subinde falsitatis arguitur: idem enim ille, qui Moysi dixerat: *quid hoc est, quod in manu* habes? statim addidit? *Ego sum, qui sum.* Quod autem ad illud adtinet: *Quem dicunt homines?* Matth. 16. *filium hominis.* Ideo filium hominis se ipsum hoc loco confitetur, ne de eo, qui videri non poterat, interrogare se crederent: respondentibus discipulis: Eliam, Jeremiam & Joannem. *Vos autem* inquit, *quem me esse dicitis? Tu es*, inquit Petrus, *Filius Dei vivi.* Mox beatum illum prædicat, non enim ignorans interrogabat, sed ut ostenderet a Patre profectam illam esse doctrinam, quæ filium verum ac germanum esse tradebat Ecclesiæ, ut Petrus ad ea, quæ a Patre audierat, profitenda cogeretur.

18) Jam quod scriptum est: *procedebat ætate & sapientia:* Luc. 2. Dei sapientia est, sapientia non indiget; verum cum exinanivit semet ipsum, formam servi accipiens, nihil de eo, quod perfectum erat, detractum est; sed hoc unum demonstrare voluit, cœlitus illum in homines effusum & exinanitum fuisse, vide-

videlicet in terram, ubi in Mariam e terra & ex Maria caro factum in utero nascitur.

19) Pergunt illi vero, & divinis literis absurdas quasdam opiniones illigare conantur, & objiciunt: illud ergo qua ratione scriptum est? *Suscipite pontificem confessionis nostrae fidelem ei, qui se fecit:* Et notum sit vobis omnis domus Israel, quod hunc Jesum, quem e cruce sustulistis, dominum Christum ipse Deus fecit, Actor. 4. Verum haec verba: suscipite pontificem fidelem ei, qui se fecit, nihil ad divinitatem spectant: siquidem Deus advenit, omniaque perspicue nobis sacris in literis explicantur: Capite enim, inquit, disciplinam, & non pecuniam, nam siquis disciplinam a Deo non acceperit, hoc est, veritatis fidem, omnia illi depravata sunt, quae intelligentibus recta sunt. Sed ut illas convincat Apostolus: omnis inquit Pontifex ex hominibus adsumtus ad ea, quae pro hominibus sunt, constituitur, ut offerat dona & sacrificia, ad Hebr. 8. Quam ob caussam unicus Dei filius cum hominum gratia nasci voluisset, carnem a nobis accepit, ut qui natus a nobis extitisset, tanquam hostiam suo se Patri offerens discipulos fratres suos adpellaret. Ubinam igitur factum illud impletur? Non aliunde, quam a Pontifice: suscipite inquit, pontificem fidelem ei, qui se fecit.

20) At enim *scriptum est*, inquiunt: *Dominus creavit me initio viarum suarum in opera ipsius.*

ipsius. Prov. 8. Sed primum omnium libri inscriptionem ac nomen ignorant: nam liber iste proverbia Salomonis inscribitur: quidquid vero proverbiorum more dicitur, non idem est cum proprietate verborum; Quid igitur dicemus? si filius sapientia Patris est, & idem tamen ab eo minime processit, verbum ipsum ac Deus & sapientia, consequens est, Patrem in se carere sapientia: sed quomodo hæc dici possunt? cum sit scriptum: soli Dei sapienti invisibili. Certe sapientia Patris singularis est, nec quidquam habet, quod ex adverso possit opponi. Jamvero cum etiam dicatur: ante sæculum fundavit me, ante colles genuit me; quomodo, quod gignitur, id, quod creari dicitur? nam si creatum est, non est profecto genitum; in increato vero Deo quod gignitur, creatum esse non potest. Quam ob rem si de Christo, quæ in illo loco dicuntur, accipienda sunt, ad illius incarnationem referuntur; immo vero proprie loqui si velimus, *concipitur*: nam Aquila sic reddidit: Dominus adquisivit me, quandoquidem in hebraico sic legitur: *Adonai Canai*, quæ verba ita explicari possunt. *Dominus quasi pullum genuit me.* Actor. 2. Hinc Petrus *Jesum, quem vos crucifixistis*, Actor. 2. non dixit Deum verbum cœlitus allapsum, sed eum Deum, qui carne constat, quam ex cœlo descendens sibi copulavit: hunc inquam ita dictum propter hominis adsumtam naturam.

21) De-

21) Desinant itaque contumeliis divinum onerare Numen, & quid sentiendum sit, ex Patris sermone condiscant: *Hic est filius meus dilectus:* undenam ergo habita est illa electio? nam quod *elegi* dixit, absurdi homines existimant ut filius adpellaretur, quaedam Dei gratia non natura consecutum esse: ostendant aliquem, qui similis hujus extiterit, ut eum elegerit: profecto si unigenitus est filius, aequalis huic esse nemo potest, aut cum eo comparari. Caeterum apostolus eundem dilectionis adpellat filium, cujus dictionis vim ignorantes quadam progressione charitatis Dei filium extitisse censet. Verum cum alio in loco sic Apostolus loquatur: Deus dilexit nos in Christo, vere filius dilectus est unigenitus ille, quoniam dilectio est Pater, dilectio Filius, & a dilectione exorta dilectio: quam ob rem dilectionis filius est tum propter nos, tum ob ipsum, quod in illo nos dilexerit, & unicum filium suum pro nobis tradiderit. Desinant ergo contumelias frustra conjicere & dicere: si creatus est filius, non est adorandus, quippe nulla adoratio creaturae debetur. Proinde sanctum Dei verbum cum sit adorandum, creatum esse non potest. Adorandum est autem a discipulis, & ab Angelis adoratur in coelo. Proferant ergo hostes illi filii Dei testimonium, & ostendant, quonam in loco Pater dixerit: procreavi mihi filium; aut ubi filius dixerit: procreavit me Pater.

22) Urget

22) Urget vero pertinax aliquis adversarius: quid igitur dicis? nonne corpus e Maria ſumtum adſeris? cujusmodi vero Maria fuit? increata an creata? Nos vero creatam fuiſſe confitemur: quod igitur originem a Maria traxit, cujusmodi tandem eſſe ſtatuis? Num ſalvatorem adoras in corpore, an non adoras? ſed quo tandem pacto non adorem? Niſi enim adoravero, vitam non conſequar. Ergo inquiunt, creaturam, h. e. corpus adoras. Sed eorum, qui ita diſputant, admirabilis eſt vecordia: etenim cum purpuratus Imperator ab omnibus adoratur, utrum purpura an imperator adoratur? profecto imperator ipſe, cum quo purpura illa, quam geſtat, adoratur. Ita ergo unigenito filio nemo dixerit: depone corpus, ut adorem te, ſed unigenitum adorat cum corpore. Nemo item Imperatori dicit: Surge ex tuo ſolio, ut & citra ſolium adorem: ſed cum ſolio Imperatorem adorat: Ad eundem itaque modum cum ſepulto & excitato corpore Chriſtus adoratur.

23) Atenim objiciunt: Quid tandem dicis? Volens Pater Filium genuit, an minime volens? Si iſtud adſeris, verbum ſemper extitit, neque tempus verbum anteceſſit: atqui vel ipſi Ariani ſine ullo tempore genitum eſſe filium dixerunt, neque tamen æternum fateri voluerunt, ſed fuiſſe quandoque dixerunt, cum non eſſet. Illud autem, *quandoque* non eſſe tempus arbitrati ſunt. Verum ſi in eam dictionem

 dili-

diligentius inquiras, facile imperitos istos redargues: quippe dictio hæc *aliquando* tempus significat, cumque tempus ullum se constituere negent, in summam opinionis absurditatem cum infidelitate conjunctam incidunt: nam vocibus illis per calumniam abutuntur & interim mente Dei filium vehementer oppugnant, quem a Patris divinitate penitus alienum faciunt. Sed quærunt, volensne genuerit, an minime volens: si minime volentem dixerimus, Deum necessitati subjicimus, si volentem dicamus, voluntatem ipsam verbo priorem statuimus: & quamvis vel punctum temporis definiamus, pars illa quamvis exigua tempus aliquod verbum antecessisse significat, atque ita in illorum opinionem compellimur: at si minime volentem genuisse velimus, consequens est, naturæ necessitate Deum esse non libertate voluntatis inductum. Atqui horum neutrum in Deum convenire potest, nam apud Deum nequaquam hæc esse possunt: quamobrem neque volens genuit, neque minime volens, sed quadam naturæ præstantia: quippe divina natura est omni consilio superior: neque tempore circumscribitur, neque necessitate cogitur: in nobis quidem promtum nihil est, propterea quod aliquando non fuimus, unde deliberare antea solemus, dein quod facere volumus, exequimur, alioquin nisi consilium ceperimus, nondum existit id, quod nondum a nobis est factum. Apud Deum e contrario perfecta omnia sunt & in ipso com-

completa: ac neque minime volens verbum, Deumque, quod ab æterno eſt, & a ſe ipſo genitum produxit, neque volens, ſed inexplicabili naturæ conditione eſt præſtantia.

24) Ego igitur vehementer admirari ſoleo, dum illud apud me cogito, quam temere vera & propria in aliena, & quæ per allegoriam uſurpata ſunt, in propria per ſummum errorem pertinaces hæretici commutare ſoleant: nam quod genitum eſt, verbum dicitur, quodque proprie huic convenit, id ipſum negant, ac productum eſſe dicunt, tanquam eorum, quæ gignuntur, unum, procreandi vero vocabulum, quod a divinitate alienum eſt, ſi alicubi fortaſſe per Allegoriam dictum eſt, proprie accipiendum exiſtimant. Quod autem verum eſt, id ſubtrahere conantur: veluti quod Iſaias dixit; *Vidi Dominum exercituum*. Iſa. 6. item *adparuit Dominus*. Hæc omnia usque adeo negant, ut prophetas mendacii coarguant, & ad id teſtimonio Evangelii nituntur, quo Salvator ipſe docuit, Deum a nemine unquam eſſe conſpectum. Atqui prophetæ vidiſſe ſe narrant: neceſſe eſt igitur, aut unicum Dei filium aut prophetas eſſe mentitos. Quam ob rem ex iſtorum ſententia falſa erunt omnia, quæ a prophetis dicuntur. Quodſi prophetæ minime mentiuntur, id quod ſalvator ipſe ſua autoritate comprobat, dicens: Ego qui loquor per prophetas: Ecce venio: recondito quodam ſenſu &

Allegoria opus erit. Ejusmodi sane quiddam usu venire quotidie cernimus. Exempli caussa: cum mare ex montis crepidine vel planitie prospicimus, tam nos vera dicimus, dum vidisse narramus, quam qui vidisse se, fateatur: hic enim nullo modo mentitur, siquidem nec profudum, neque longitudinem ejus prospiciat. Similiter & prophetæ per angustum corporis sui foramen Deum videre meruerunt, & reipsa viderunt, non quantum infinita ejus contemplatio postulat.

25) Verum ne cavillari ac novam ordiri fabulam velis, ac prophetas dicas non oculis usurpasse, sed mente: Isaias hanc tergiversationem excludit dicens: *infelix ego, quoniam compunctus sum, quoniam cum homo sim, & impura mihi sint labia, in medio populi impura labia hobentis ego habito, & Dominum exercituum vidi.* Isa. 6. Non dixit: mente vidi, sed oculis meis: itaque viderunt, & non viderunt prophetæ, nimirum quantum videri poterat, re ipsa viderunt, non viderunt autem, quantum incomprehensæ ejus naturæ infinitas postulabat. Ad eundem modum plerique de paradiso allegorice disputant: Atque inter ceteros furiosus Origenes adumbratam nescio quam speciem pro veritate in mundum invexit, & hoc Apostoli testimonio nititur: *vidi hominem ante annos quatuordecim, sive in corpore nescio, sive extra corpus, nescio, Deus scit, raptum hujusmodi usque ad tertium Cælum,* 2. Cor. 12.

Ac

Ac ne forte dicas, usque ad tertiam cœli partem dixisse: cum dixit, ad tertium usque cœlum, nullam tertiæ partis mentionem fecit, sed tria quædam numero complexus est. Addit vero: scio hujusmodi hominem raptum in paradisum: Sed gratiæ omnipotenti nobis habendæ sunt, qui brevi aliquo sermonis compendio cum paradiso non confudit. Quodsi nusquam est in terra paradisus, neque vera sunt, quæ in Genesi continentur, sed allegorice dicuntur, & nihil deinceps veritati consentaneum erit, sed ad Allegoriam omnia transferentur: in principio enim creavit Deus cœlum & terram, quæ non allegorice, sed aspectabilia sunt, dum firmamentum & cætera atque hominem, quem revera produxit; hunc in paradiso collocavit, cum eum ad suam imaginem fecisset: quomodo vero imago illa accipienda sit, non admodum inquirimus: neque enim formatum corpus ad imaginem esse dicimus; neque hanc in anima vel mente vel virtute collocamus: multa quippe sunt, quæ id adserere prohibeant: inest quidem in homine illud ipsum, quod ad imaginem expressum dicitur, cujusmodi vero sit, soli Deo cognitum est; nam si dixeris, hominem ad imaginem Dei esse factum, eamque corpore definieris, cum Deus, neque videri oculis, neque intelligentia comprehendi possit, corpus ad imaginem expressum non erit: at si dixeris, non esse corpus ad imaginem expressum, statim illud scriptum occurret: accepit pulverem de terra, & formavit ho-

minem: quare quod anima præditum est, adpellat faciem suam.

26) Tu vero, si animam ad imaginem Dei esse adseras, repugnabit tibi, quod animam adpellarit hominem; denique si imaginem in virtute positam esse negaveris, non recte judicabis; cui enim potius quam virtuti convenit, ut ad imaginem esse dicatur? Atqui ante virtutem homo ad imaginem expressus est, & superest, ut baptismo initiati imaginem illam Dei circumscribendam censeas. Verum ex hoc sequitur, justos iqui baptismo initiati non fuerant, ad imaginem Dei minime factos esse.

27) Quocirca cum omnes imaginem in se contineant Dei, natura tamen ea prædita non sunt. Ceterum quæ ab illo constituta sunt, subtrahere nolumus; verus enim est ille, qui ad imaginem ut esset, homini suam gratiam largitus est; & nonnulla his similia proponi possunt: videmus enim salvatorem ipsum panem in manus accepisse, ut in Evangelio legitur: quod a cœna surgens hæc | acceperit, & gratias agens dixerit: *hoc meum est hoc*. Atqui videmus, æquale illud non esse nec simile, non susceptæ carnis imagini, non divinitati ipsi, quæ videri non potest; non membrorum lineamentis; illud enim rotundum est, & quod ad vim adtinet, sensus expers, & nihilominus ex gratia pronunciare voluit: hoc meum est hoc: nec quisquam est, qui ejus sermoni fidem non adhibeat;

beat; nam qui verum illum esse non credit, a gratia & salute prorsus excidit. Verum quodcunque tandem audierimus ac crediderimus, ipsius esse credimus, Dominum vero nostrum totum esse sensum, ac totum sensu præditum novimus, totum Deum, totum moventem, totum efficientem, totum lumen, totum incomprehensum, qui hoc nobis pro sua gratia largitus est. *Realis præsentia Christi in Eucharistia.*

28) Adamus igitur in paradiso constitutus de arbore comedit: paradisus porro in Eden erat ad Orientem. Porro fons de Eden ascendebat: non dicit: descendebat, ne Eden e coelo esse suspicemur. Dixit autem, fluvius egreditur ex Eden, non autem descendit, hic dividitur in quatuor capita: nomen uni Phison ab Æthiopibus Ganges adpellatus, & quem Græci Indum nominant; secundus fluvius est Geon, qui per Æthiopiam labitur, & Thebaidem ac Ægyptum alluens in mare influit: tertius fluvius est Tigris, qui e Regione Assyriorum fluit; quartus fluvius est Euphrates, qui ex Armenia oritur, & ita Persidem alluit. Quam ob rem si nullus est aspectabilis paradisus, neque fons est ullus seu fluvius, & Euphrate sublato jam neque ficus est, neque folia, nec Adamus, nec illa vetiti fructus degustatio; nec Eva, nec illa ex arbore comedit unquam, & nusquam est Adamus; Adamum vero si sustuleris, nulli erunt homines, & in fabulam veritas commutabitur, & omnia ad Allegoriam referentur; atqui revera Adamus extitit,

nos enim ab illo sumus omnes generis successione propagati, & eundem nos in posterorum multitudine quodammodo cernimus. Nam Adamus ad imaginem suam Seth genuit. Porro Seth genuit Enos, Enos Cainam, Caina Mananeel, Mananeel Jareth & Enoch, Enoch Mathusalem, Mathusalem Lamech, Lamech Noë, sub quo diluvium revera non allegorice contigit, omniaque animalia perierunt, adeo, ut octo duntaxat hominum animæ seu homines superessent. Sed quoniam hominum dominatus ad corpora solummodo, non ad animas pertinet, merito servos, corpora sed anima prædita nominarunt, ut corporum usum ostenderet. Egressus est autem Noë ex arca, postquam genuit Sem, Cham & Japhet, Sem vero genuit Arphaxad, Arphaxad Cainam, Caina Saram, Sara Heber, Heber Phalech, Phalech Rhagam, Rhaga Seruch, Seruch Nachor, Nachor Daram, Dara Abraham, Abraham Isaac, Isaac Jacob, Jacob Judam, Judas Phares, Phares Esron, Esron Aram, Ara Aminadab, Aminadab Naason, Naason Salmon, Salmon Booz, Booz Obed ex Ruth, Obed Jesse, Jesse David Regem, David Salomonem, Salomon Roboam, Roboam Abiam, Abias Asa, Asa Josaphat, Josaphat Joram, Jora Ochoziam, Ochozias Joam, Joas Amassiam, Amassias Oziam, qui & Azarias dictus est, Ozias Joathan, Joathan Achaz, Achaz Ezechiam, Ezechias Manassen, Manasse Amos, Amos Jossiam, Jossias Jechoniam, Jechonias Salathiel, Salathiel Zoro-

babel,

babel, Zorobabel Abiud, Abiud Eliacim, Eliacim Afor, Afor Sadoc, Sadoc Achim, Achim Eliud, Eliud Eleazer, Eleazer Matthiam, Matthias Jacob, Jacob Joseph.

29) Joseph ætate jam profectus & orbatus uxore post ejus obitum, e qua quatuor mares susceperat, Jacobum fratrem Domini, quia cum eo educatus erat, & Simonem, ac Judam, & Joannem & Simotidem, filias Annam duas, Joseph inquam, jam semel mortua uxore, cum ex omni tribu duorum ac cœlibum sortitio ad eas virgines fieret, quæ ad templum educabantur, eo quod primi quique liberi utriusque sexus in templo consecrari solebant, sortis necessitate coactus sacrosanctam Virginem Mariam in matrimonium accepit, e qua Dominus noster Jesus Christus secundum carnem de Spiritu sancto sine virili satu natus est e tribu Juda, & ex semine David existens, & Abraham secundum carnem Augusti Imperatoris anno 40.

30) Nos ergo Adamo illo deinceps series intercipit, neque allegorice, quæ a Deo facta sunt, rite interpretari debent.

31) Rideo ad Origenem, qui quidem, quod ipsi Deus ignoscat, aliam fabulam, & allegoriam proposuit: *Etenim quas nostris parentibus Deum fecisse narrat, sic explicat, ut fallendis hominibus scorteas tunicas Deum fecisse narrat, ille de corporis mole intelligat.* Sed arguit & fructum Origenes, atque ita

ita disputat: nunc coriarius Deus est, ut subactis pellibus Adamo & Evæ tunicas consuat? Multo vero magis ea vox est pecude digna, quid enim facilius erat, cœlum & terram ex nihilo procreare, an scorteas consuere tunicas? Quandonam vero admiranda sua prodigia, non quoties placuit ipsi, molitus est, ut anima carentia in animata converteret? Quando Moyses virgam aridam ac ligneam in vivum, spirantemque colubrum commutare potuit? Qui Moysen ipsum insequeretur, & in fugam conjiceret, ut quod gerebatur, non fictam esse speciem, sed veritate constare doceret? Deinde quonam pacto 40. totos annos, neque populi vestes adtritæ sunt, neque capilli creverunt, nec inveterata calceamenta sunt? Dicant ineptissimi homines, qui ad illam Origenis insaniam adhærescunt: Cum Christus a mortuis excitatus linteas vestes in sepulchro reliquisset, nudus utique discipulis cum corpore & anima visendum se non præbuit, aut cum ossa sua Thomæ & latera monstrasset, nudus opinor non fuit. Quis igitur hæc illi post resurrectionem vestimenta consuit? Dices: Spiritales ipsum sibi adornasse: igitur qui sibi ejusmodi vestes elaborare potuit, pelliceas illas tunicas primis hominibus etiam conficere potuit: Enimvero tota illa exploditur Origenis Allegoria, nam si post degustatum fructum carnem Deus Adamo fabricavit, undenam Deus illam lateris acceperit, cum ipse dicat Adamus: hoc nunc os ex ossibus meis.

32) Ne-

32) Nemo itaque deinceps nobis moleiam præbeat, neque vero illa sit in Eccle8, neque in illo etiam judicio Ecclesiæ & le nobis Origenes aderit; hoc enim magopere demiror, quod nonnulli hominem lum, qui in Dominum suum contumeliosus t, sustinere possint, negent Origenis librum, ui de principiis inscriptus est, atque inde pere discant, qui Ecclesiæ catholicæ filii le videntur; nec deinceps filium a Patris ivinitate separare audeant: discant inquam, uemadmodum Origenes non dubitarit, adrere filium Patrem minime intueri; sic enim quitur: perinde ac filius Patrem videre on potest, ita Spiritus sanctus filium videre equit. Ac rursus angeli Spiritum sanctum dere nequeunt, ut & homines angelos vire non possunt. Ita sibi ipsi quidem & requos in errorem impulit, & illudere pouit. Desine igitur Origenes, & vos Origes discipuli: veriores enim vobis omnibus nt Apostoli & Prophetæ. Desinant porro nostici, qui moribus suis se ipsos contamiant: facessant Valentiniani, Manichæi, ui in omnibus decepti sunt; desinant Ariai, Anomæi, Sabelliani & reliqui, qui stode mentem rejiciunt: nam scriptura ubique ara est, sapientia vero inprimis opus est, t & Deum noverimus, & ejus sermonibus que iis omnibus, quæ illius in nos benefientia contulit, fidem habeamus, & ut perctam ex illius promissione mortuorum reirrectionem intelligentia percipiamus.

33) Sed

33) Sed nos de his iterum subinde nostra tenuitate disputabimus, ac cum no illud a Deo sit tributum, ut in catholicæ Ecclesiæ abjecti & humiles firmitate consi remus, sigillatim iis omnia proponemus, salutis suæ curam capessere voluerint. quidem sufficere illa poterant, quæ de Pa Filio & Spiritu S. hucusque disseruim sed ut eadem illa ad uberiorem fidelium c tionem & salutem declarare studeamus, co ctis undique scripturæ testimoniis, quo fi fibus lectoribus instructius velut convivi quoddam præbeamus, iterum hoc loco cere non gravabimur, quam stabilis spes stra sit, quam in Deo ponimus: nimirum hil in Patre, Filio ac Spiritu S. diversum se, sed eundem esse sanctæ Trinitatis o nem ac substantiam. Nec hoc aliunde ex privato sensu docere adgredimur, sed Prophetarum oraculis, & nostri Salvatc adventu & bonitate. Venit quippe vita stra, ac nobis iterum illuxit, etenim om in superbia, blasphemiis, & idolorum sin lacris ac dæmonum ritibus, malorumq omnium servitute demersi jacebamus, q bus omnibus cum præter voluntatem im citi teneremur, non enim quod vellem, ciebam, sed quod oderam, ad faciendi urgebar, cum hic mihi status a peccato si ministraretur, sanctus Pater sanctum Filii allegans, cujus me misericordia seruavit, ab omni corruptela liberavit: adparuit en gratia Domini nostri Jesu Christi, erudie nos, ut abnegantes impietatem & sæcula

de

desideria, sobrie, pie & juste vivamus in hoc sæculo expectantes beatam spem & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris nostri Jesus Christi, ad Tit. 2. qui venit, & se tradidit pro nobis deleto chirographo, quod contra nos erat. Coloss. 2. Et sic lumen ostendit, manus porrigens, ac vitam muniens, & ad cœlum conscendendum scalas ostendens, ac paradisum rursus ad habitandum offerens.

34) Hic igitur habitavit in nobis, ac legis Spritus sancti justificationem nobis est largitus: unde justitiæ nobis concessa lex est, lex inquam fidei, lex Spiritus, & a lege carnis peccati libera. Hic igitur Christus ad temporum administrandam plenitudinem advenit, quemadmodum Abramo ceterisque sanctis fides data erat, ut in ipso instaurarentur omnia, quæ in cœlo sunt ac in terra. Gentes vero in idem corpus coalescere, ac promissorum una heredes esse jussit his verbis: venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Matth. 11. Igitur, cum ego carne imbecillus essem, servator ad me sub carnis peccati specie missus est, qui totum hoc negotium conficeret, ut me a servitute, ac corruptela & a morte redimeret; ac mihi ille justitia, sanctificatio ac redemtio factus est, justitia quidem, quod per fidem suam peccatum dissolvit: sanctificatio, quod per aquam & Spiritum ac verbo suo in libertatem adseruit: redemtio denique quod se ipsum ac veri agni sanguinem, h. e. suum,

suum, in capitis mei pretium effuderit; piaculum, quo & mundus repurgatus, & omnia in cœlo & terra reconciliata sunt.

35) Quocirca sapientiæ illud, ac divinitatis receptaculum Christus mediator, & omnia in sese cum Deo reconciliat, peccatum non imputans, & ad exitum arcana mysteria perducens, testamenti sui fide, quod a lege & Prophetis antea ostensum fuerat, Dei inquam ille filius prædicatus, ac Davidis adpellatus est filius: siquidem utrumque Deus & homo Dei & hominum mediator fuit, verum Dei domicilium, sacerdotium sanctum, sancti Spiritus regenerantis & omnia instaurantis largitor. Verbum enim caro factum est, & habitavit in nobis: caro factum in Maria & in Abrahami stirpe homo ex promissi fide repertus; invenimus enim, inquit, Messiam, quem scripsit Moyses; sic & sancta Maria Virgo, cum respondisset: unde cognoscam mihi istud adfuturum? audivit: Spiritus Domini in te descendet, & virtus altissimi obumbrabit te, ideoque & quod nascetur ex te sanctum erit, & filius altissimi vocabitur. Luc. 2. Ceterum Maria verbum Dei ad generationem velut terra pluviam haurit & adtrahit; Deus vero sanctum sese fructum mortali natura capessenda, demonstrat, hoc autem omne ex humana conditione ac natura in se transtulit verbum illud, quod expers passionis perpeti voluit; hic est panis divinus & vivus, qui de cœlo descendit, ac vitam impertiit. Hic est veræ oleæ fru-

fructus, unctionis, & compositionis oleum, quod Moyses specie quadam adumbravit: idem est vitis vera, quam solus Pater colit, & lætitiæ nobis uvam progenuit. Hic est aqua viva, quam sitiens homo cum biberit, non sitiet amplius. Jo. 4. Ab hoc novi agricolæ propaginem capientes toto orbe sparserunt. Veteres autem cultores evulsam sua perfidia profligarunt: gentes illius cruore sanctificantur: sane quicunque Dei aguntur spiritu, ipsi Deo vivunt; quicunque vero morti adhuc adtributi sunt, animales potius adpellantur. Proinde carnis extinguere opera, & membra mortis mortificare, & accipere Spiritum sanctum, imperat.

36) Jam vero cum Christus a Patre profectus Deus credatur, & Dei Spiritus a Christo, utpote qui ab utroque procedit, id quod Christus ipse testatur: qui a Patre procedit, inquit, & hic de meo accipiet, cumque Christus e Spiritu sancto natus sit, quod enim in ipsa est, de Spiritu S. natum est, ut angeli verbis utar: mysterium illud, per quod sum redemtus, fide & auditu intellige, tum amore erga illum ac benevolentia, qui ad me usque descendit. Deus enim se ipsum cognoscit: Christus sese prædicat, Spiritus S. denique se ipsum iis, qui digni sunt, ostendit. Porro sacris in literis nunciata nobis est, fideique nostræ proposita Trinitas, in qua nil curiosum est, contentiosum nihil, quam ex audita thessera & symbolo didici. Quippe ex

Processio Spiritus S. a Patre & Filio.

ex ipsa fide gratiæ salus: ex fide justitia citra legis opera, uti scriptum est ad Rom. 3. ex fidei inquam auditu iis, qui salutem obtinent, Spiritus Christi conceditur. Ceterum quantum e scripturarum disciplina judicare possum; generalis illa fides præconum vocibus declaratur ejusmodi: tria esse sancta: tria simul sancta: tria existentia, tria simul existentia: tria forma prædita, tria eandem formam habentia: tria efficacia, tria simul efficientia: tria subsistentia, tria simul subsistentia, & invicem conjuncta. Atque ea demum sancta Trinitas adpellatur, in qua tria sunt, sed una trium consensio, singularis divinitas, ejusdem virtutis, ejusdemque substantiæ, similis e simili, quæ æqualem gratiam ex eadem efficit gratia Patris & Filii ac Spiritus sancti. Quomodo vero possit illud fieri, ipsismet illis docendum reliquitur, nemo enim novit Patrem nisi Filius, neque Filium, nisi Pater, & cui Filius revelarit; quod is per Spiritum sanctum revelat. Tria igitur ista sunt, aut ex ipso, aut ab ipso, aut ad ipsum, quæ in unoquoque, uti par est, intelliguntur, prout se ipsos personæ illæ declarant. Ita & lux, ignis, spiritus, ceterarum rerum aspectabilium nominibus adpellantur, pro eo, ac quilibet hominum dignus est, cui hoc officii genus impenditur. Deus igitur ille, qui initio dixit: fiat lux & facta est, aspectabilis illa lux, ipse est, qui ad verum lumen intuendum nobis illuxit; quod illuminat omnem hominem venientem in mundum. Emitte lucem tuam, ait David.

l. Pſ. 42. & veritatem tuam. Ille ipſe Do-
nus eſt, qui dixit: *In noviſſimis diebus ef-
udam de Spiritu meo in omnem carnem, &
ophetabunt filiæ eorum, & adoleſcentes ipſo-
n viſiones videbunt.* Joel. 2. Ac tres fun-
onis ſacræ perſonas nobis oſtendit, cum
tio ex hypoſtaſi procedat hypoſtaſis.

37) Dico igitur Chriſtum fuiſſe miniſtrum
circumciſionis pro veritate Dei, ut promiſſa
mpleret. Rom. 15. Porro Spiritum ſan-
m una miniſtrare, e ſacrorum librorum
ctoritate ita dicimus: Chriſtus a Patre mit-
ur: mittitur & Spiritus ſanctus: Chriſtus
ſanctis loquitur: loquitur & Spiritus ſan-
s: ſanat Chriſtus: ſanat & Spiritus ſan-
s: ſanctificat Chriſtus, ſanctificat & Spi-
us ſanctus: baptizat in ſuo nomine Chri-
s: baptizat & Spiritus ſanctus. Ad eum
odum ſcriptura loquitur: *Emitte Spiritum
m, & renovabis faciem terræ.* Pſ. 103. Quod
m eſt, atque iſtud: Emittes verbum tuum,
liquefacies ea. Miniſtrantibus, inquit, il-
Domino ac jejunantibus dixit Spiritus
nctus, *ſegregate mihi Barnabam & Saulum
opus, ad quod eos vocavi.* Actor 13. Item
gredere urbem, & ibi dicetur tibi, quid te
orteat facere. Illi igitur miſſi a Spiritu
ncto abierunt Seleuciam. Et Chriſtus ipſe
xit: *Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio
luporum.* Matth. 10. Et viſum eſt Spiritui
ncto, nihil aliud imponere vobis oneris
æter hæc neceſſaria. Item Chriſtus dixit:
ntes baptizate omnes gentes: item Acha-

Divinitas Spiritus ſancti.

 bus:

bus: hæc dicit Spiritus: item: & nunc ego Spiritu alligatus abeo, verumtamen Spiritus contestatur mihi per urbes dicens. Cujusmodi est etiam illud: Dominus testis est animæ meæ, quod non mentior, in virtute secundum Spiritum sanctificationis. Rursus Spiritus Domini locutus est in me, & verbum ejus in ore meo. 2. Regum 23. Item primitias Spiritus habentes: ad illud accedit *primitiæ Christus*. Rom. 8. *Et ipse Spiritus postulat pro nobis*. Rom. 15. Cui hoc est simile: Dominus sanctificet vos, ut sitis sinceri & sine offensione in diem Domini. Nobis vero revelavit Dominus per ipsius Spiritum. 1. Cor. 2. Item: nos non mundi Spiritum accepimus, sed Spiritum Dei. Item templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis. 1. Cor. 3.

38) Quin etiam justificationem ab utroque manare demonstrat & gratiam: justificati in nomine Domini nostri Jesu Christi & in Spiritu Dei nostri. 1. Cor. 6. Item: Nemo potest dicere, Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto: & nemo potest accipere Spiritum sanctum, nisi a Domino; &: divisiones gratiarum sunt, idem vero Spiritus &c. 1. Cor. 12. Et: nolite contristare Spiritum sanctum. Et: Spiritus meus stat in medio vestri: ad hæc Isaias: & super ipsum inquit, Spiritus Dei: Christus vero: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me. Et: Jesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto. Vel: Dominus misit me, & Spiri-

tus ejus: Nec obscura Seraphinorum clamantium vox est: sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabbaoth; vel: Nolite cogitare, quid loquamini, quoniam Spiritus Patris mei loquitur in vobis: sive illud: si autem in Spiritu Dei ejicio dæmonia: vel: Qui autem blasphemaverit in Spiritum S., non remittetur ei &c. Marc. 3. Vel: Pater in manus tuas commendo Spiritum meum. Vel: Puer crescebat & corroborabatur Spiritu: Et: Jesus repletus Spiritu sancto reversus est a Jordane: vel: Quod natum est e Spiritu, Spiritus est. Jo. 3. Hæc omnia eodem cum iis recidunt: Quod factum est, in ipso vita erat: vel cum eo: Ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, Spiritum veritatis. Jo. 14. Vel cum isto: Cur implevit cor tuum Satanas, fraudare te Spiritum sanctum? Deinde subjicit: non hominibus mentitus es, sed Deo. Actor. 5. Igitur Deus ex Deo Deus est inquam Spiritus sanctus, cui mentiti sunt, qui ex agri pretio nonnihil interverterant. Ejusmodi est etiam istud: Qui manifestatus est in carne, justificatus est in Spiritu. 1. Tim. 3. Hoc ego majus nihil habeo, quod dicam. Porro Deus est Filius. Nam Apostolus: ex quibus inquit Christus secundum carnem, qui est supra omnia Deus, crede inquit in Dominum Jesum, & salvaberis. Actor. 16. Item ut doctrina nostri Salvatoris ornetur, ministerium Spiritus & verbi adducit dicens: adtendite vobis & universo gregi, in quo posuit vos Spiritus sanctus, Episcopos regere Ecclesiam Dei.

39) Itaque Filius & Spiritus sanctus cum Patre agunt communiter: *Verbo enim Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris ipsius omnis virtus ejus.* Ps. 32. Spiritus vero sanctus adorandus est: qui enim adorat Deum, Spiritu adorare oportet & veritate: quodsi veritas communiter agit, creatura creaturam aliam non efficit, neque creari divinitas potest; nec certo modo definitus & circumscriptus cognoscitur Deus: circumscribi enim non potest, aut intelligentia comprehendi, cum universa Dei opera contineat. Sed neque creaturæ serviendum, quia stolidum est, creaturæ divinitatem tribuere. Ceterum diversis in scriptura nominibus Pater & Filius & Spiritus S. insigniri solent: ut puta: Pater, Pater omnipotens, Pater omnium, Pater Christi vocatur: Filius vero verbum, Christus, Filius, lux vera. Spiritus sanctus denique Paracletus, Spiritus veritatis, Spiritus Dei, Spiritus Christi. Quin etiam Deus ille idem ac Pater lux intelligitur, & quidem admirabili splendore collucens, nec non & virtus & sapientia; atque uti lux est Deus & Pater, ita lux est de luce Filius, unde lucem inhabitat inaccessam. Porro virtus est totus Deus; unde virtutum est Dominus: sapientia totus est Deus: igitur sapientia est e sapientia Filius. Vita totus est Deus; ergo vita est e vita Filius. Ego enim sum, inquit, veritas & vita. At Spiritus sanctus ab ambobus oritur. Spiritus e Spiritu, Spiritus quippe Deus est, idem & cœlestium donorum largitor est verissimus, lucis efficax, con-

Spiritus S. adorandus.

Processio Spiritus S. a Patre & Filio.

consolator, consiliorum Patris interpres ac nuncius, nam uti Filius magni consilii angelus est, ita Spiritus sanctus: sed accepimus inquit, Spiritum Dei, ut videamus, quae a Deo donata sunt nobis, quae & loquimur, non blandis sapientiae sermonibus, sed probatione Spiritus Dei, spiritualibus spiritalia comparantes.

40) Dicat aliquis: duos ergo filios statuimus: quod si ita est, quinam esse potest unigenitus? Imo vero tu quis es, qui contradicas Deo? cum enim filium vocet, qui a se oritur, Spiritum vero sanctum, qui ab utroque procedit, hae tres personae sola fide a sanctis viris perceptae lucidae, ac lucis auctores lucida sunt actione praeditae, & cum ipso Patre fidei luce concordiam servant. Heus tu igitur, audi, quemadmodum Pater vere sit filii Pater, totusque lux, & filius veri sit Patris filius, lumen de lumine, non ut creata cetera adpellatione duntaxat: Spiritus denique sanctus veritatis sit Spiritus, ac tertium a Patre Filioque lumen: cetera omnia adoptione, vel comparatione, vel adpellatione vel adpositione, non simili cum eo actione vel virtute, vel luce, vel notione censentur. Sive quis illud dixerit: filios genui & exaltavi, Isa. I. sive illud: Ego dixi: Dii estis, & filii altissimi omnes; sive istud: Qui genuit stillas roris. Non enim ceterorum patrum more verus ille Pater aut esse aliquando coepit, aut progressu temporis esse quandoque desinet. Nam si Pater esse coeperit,

rit, eſt neceſſe, ut filius alterius Patris aliquando filius fuerit, antequam eſſet unigeniti Pater. Porro ſimilitudine quadam Patrum Patres intelliguntur eſſe filii, & in infinitum verus originis ſator ac parens perduci poteſt. Neque vero adinſtar ceterorum filiorum, qui adoptione facti ſunt, verus filius recens eſt factus filius: alioquin tempus aliquando fuit, quo Pater nondum eſſet unigeniti Pater, neque creatum quidquam eſt; neque ceterorum inſtar angelorum magni illi conſilii angelus dicitur, ſiquidem illa initium habent & finem: Hæc duo robur ac principatum habent, quem nulla cujusdam intelligentia poſſit adſequi: hæc univerſa procrearunt: quæ cum Patre per infinita ſæcula communiter omnia moliuntur: cetera ab illis prout ipſis libet, creantur: illa ſerviunt iis, & colunt: iis a creaturis omnibus ſervitus & cultus tribuitur: hæc operibus ſuis medicinam adhibent, illa medicinam ab iſtis accipiunt: illa pro ſuo merito judicium ſubeunt: hæc juſtum exercent judicium. Hæc in tempore, illa extra tempus ſunt. Hæc largiuntur omnibus, illa muneribus adficiuntur.

41) Ceterum complures ſpiritus ſacræ literæ ſignificant: *qui facit inquit, angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos* ignem viventem; item omnes Spiritus laudate Dominum. Sed & iis, qui digni ſunt, diſcernendorum ſpirituum dona tribuuntur. Nam alii cœleſtes ſunt Spiritus, qui veritate delectantur: alii ter-

terreni, qui erroribus obnoxii sunt: alii denique subterranei & tenebrarum filii. Rogabat enim, ut ait Evangelium, ne se in abyssum abire juberet. Ita & Spiritibus Christus imperabat, & Spiritus verbo fugabat, nec sinebat eos loqui. Quin etiam Spiritus judicii nominatur: Itemque mundi Spiritus, nec non & hominis Spiritus, qui est in homine, item Spiritus vadens & non revertens, quoniam Spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, &: auferes Spiritum eorum & deficient. Præterea Spiritus quidam conpunctionis adpellatur, & Spiritus ignaviæ, & Spiritus bonus, & Spiritus fornicationis, & Spiritus procellæ, & Spiritus loquax, & Spiritus infirmitatis, & Spiritus immundus, & Spiritus surdus, & Spiritus mutus, & Spiritus ægre loquens, & Spiritus difficilis valde, qui vocatur Legio, & Spiritalia nequitiæ. Postremo infinitis in in scriptura locis Spirituum factam esse memoriam sapientes intelligunt: sed quemadmodum plures sunt adoptione vel vocatione filii, non veritate, eo quod initio & fine constant, & ad peccandum propensi sunt, aut vocatione complures, qui & in peccatum proni sunt. At Spiritus Sanctus solus a Patre & Filio Spiritus veritatis & Dei Spiritus, & Spiritus Christi, & Spiritus gratiæ nominatur, gratificatur enim unicuique, ac bonum variis modis impertitur: nam alii Spiritus sapientiæ conceditur, ac cetera dona, ut testatur Apostolus 1. Cor. 12. Unus porro & idem Spiritus est, dividens unicui-

Divinitas Spiritus sancti.

que prout vult; nam Spiritus ubi vult, spirat: quibus verbis subsistentem esse Spiritum Sanctum nobis ostendit; cui consentaneum illud est Pauli: nam in Christo Jesu ego genui vos. De eodem Spiritu Dominus ita loquitur: Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Jo. 16.

42) Igitur sic a patre procedit, & de meo, ait Dominus, accipit, quemadmodum nemo novit Patrem nisi filius, neque filium nisi Pater, ita dicere audeo: neque Spiritum novit quispiam, nisi filius, a quo accepit, & Pater, a quo procedit: neque Filium & Patrem novit aliquis, nisi Spiritus Sanctus, qui docet omnia, de filio testimonium dicit, & a Patre & a Filio procedit solus veritatis dux, sanctarum legum interpres, spiritalis legis enarrator, Prophetarum magister, Apostolorum præceptor, Evangelicorum dogmatum lux & cibus, sanctorum elector, verum lumen de vero lumine: Filius naturalis est verus filius, germanus filius, solus e solo, cum quo & Spiritus Sanctus conjungitur, qui Spiritus proprie nominatur, hic ille Deus in Ecclesia celebratur: semper Pater, semper Filius, semper Spiritus Sanctus, excelsus ab excelso, imo celsissimus, qui intelligibili gloria & infinita præditus est, cui creata omnia sunt subjecta, quæ quidem intelligentia ac certa circumscriptione definiuntur. Ceterum divinitas una apud Moy-

sen

fen præcipue prædicatur, binarius in prophetis diligentius nunciatur, Trinitas vero in Evangeliis oftenditur, quæ per tempora & generationes fingulas jufto ad fcientiam & fidem amplius conveniret. Ea porro immortalitatis fcientia ex fide ipfa vel adoptione nafcitur. Sed primum juftificationes carnis ejicit, velut templi quoddam exterius feptum in Moyfe fabricans, poftea animæ juftificationes exponit, tanquam cetera quædam apud ceteros prophetas exornans. Tertio denique juftificationes Spiritus quafi propitiatorium & fancta fanctorum in Evangeliis ad fui domicilium inftruens: at fancti tabernaculi loco fanctique populi juftum habet unum, qui in iftis verfatur: in his vero una Deitas habitat incorrupta, quæ cogitatione concipi non poteft: eadem teftes fuos excitat, gloria adficit, ab inferis evehit, fanctificat, & ad gloriam fidemque fuam tria hæc in unum cogit, & confociat cœleftia, terrena, & fubterrena. In omnibus vero eadem fapientia & fancta a gloria in gloriam fanctus fanctus, fanctus exclamat, ac Patrem in filio, filium in Patre cum fpiritu fancto prædicat.

43) De Trinitate igitur & eadem Patris & Filii ac Spiritus S. fubftantia nos imbecilli licet, fine ullo fuco, non ut vulgus hominum nos opponeremus, fed accerfitis fcripturæ teftimoniis aliquid faltem ex parte difcernimus, quo & fidelibus hæc in promtu fint, & infideles refelli poffint; fidei quippe in

in Spiritu sancto magna vis est, quæ sacris in literis non eodem modo prædicatur, sed quoniam salutis nostræ firmamentum omne in certa incarnationis Domini nostri adsumtæque ab eo naturæ confessione ac spei confirmatione posita est, qua & mortuorum resurrectionem, & instauratam quodammodo generationem nobis pollicemur, deinceps nonnulla ad susceptum laborem accessione facta iisdem e sacris literis corrogare, & ad præsens opus adferre testimonia pergamus, quæ illi, qui adtentius legere voluerint, ut non tanquam superflua redundent: quandoquidem uti e superioribus didicimus, in Evangelio discipulis suis ita præcepit: Euntes baptizate omnes gentes in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, docentes eos servare præcepta, quæ mandavi vobis. Hæc inquam sacrosanctum verbum dixit; non enim solum tempus aut tempestas antecessit, quoniam, quidquid factum est, ab ipso factum est, ipse vero increatus & sempiternus est. Quodsi tempus esset filio prius, quæri merito posset, per quemnam superius illud filio tempus productum fuerit: Atque ita mirifica quadam stultitia occupatas mentes nostras, ad absurdam vanitatem opinione convenire. Quocirca nullum ante filium tempus extitit, quia non per tempora filius, sed per filium tempora, Angeli, omniaque cetera producta sunt.

44) Verum falsa quadam intelligentia præditi locum illum scripturæ distinguere solent,

lent, & dicunt: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, ita sententiam concludunt, & quænam contumeliæ in Spiritum sanctum opinionem concipiant: Qui cum a vera lectione abberrent, ex ejusmodi claudicatione ita concludunt; Ceterum germana lectio ita concipienda est: omnia per ipsum facta sunt; sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso, hoc est, quidquid factum est, per ipsum est, ergo & perpetuo Pater extitit, & Spiritus a Patre Filioque semper aspiratus & non creatus est. Cetera autem omnia a Spiritu sancto facta sunt. Quare per ipsum verbum creatæ res omnes existunt per cœlestem inquam regem, & summum beneficum. Hic enim ideo sacratissimus spiritus est, qui in Virginis uterum descendens verbum hominem adsumere fecit, ita, ut de Spiritu sancto conceptus, carnem induerit, & nihil immutatus ad divinitatem suam naturam hominis adsumsit, a Patre perfecte existens, qui ut functionem omnibus absolutam numeris expleret, a Patre perfectus existens, ac propter nostram salutem in mundum venit, & humanam carnem atque animam adsumsit, & in nobis homo non specie sola, sed veritate factus est. Neque vero in utero habitavit sine anima, sed factum non ideo dictum fuit, ut carnem dimiserit, sed ad divinam substantiam divini verbi & subsistentis personam sibi adjunxerit. Hominem porro dico perfectum, hoc est, quæcunque insunt in homine, & quidquid homo est, ejusmodi inquam hominem unicus Dei

filius

filius ad nos veniens induit, ut in perfecto homine Deus ipse perfecte totum salutis nostræ negotium procurare posset, nulla hominis parte detracta, ne ea ipsa deserta ad diaboli populum pertineret.

45) Quodsi ita a nonnullis opponatur, solam sine anima carnem assumsisse Christum, ut falsa quædam scripturis alligaret, seque ad nequissimos sensus inclinaret, notet ille, eam scripturæ sententiam: *Nos mentem Christi habemus:* cum igitur tam suam quam Christi mentem habeamus, ita, ut & Christi mens meliores efficere possit, & sua ipsorum mens recte intelligendo perciperet, eodem modo, & de Christo sentire debent, Deum ipsum videlicet, & in ipso mentem inesse, hominis mentem cum carne animaque sibi copulasse. Non igitur quatenus homo erat, mentem repudiavit hominis, sed menti ipse moderatus est; quemadmodum enim ita carnem induit, ut a carne minime vinceretur, sic mentem sibi dum adjunxit, non est a mente superatus. At illi e contrario multo magis secum pugnant, etenim sacræ literæ ubique diserte clamantes non adversus mentem, sed adversus carnem pronunciant: carnis fructus sunt stuprum, adulterium, & his similia. *Gal.* 9, 19. Et: qui in carne sunt Deo placere nequeunt: de mente vero sic loquitur: *psallam Spiritu, psallam & mente.* 1. *Cor.* 14, 10. item: Mens mea infructuosa vel fructuosa est, quibus in locis mentem illam commemoravit, quam scriptura cordis nomi-

Contra Apollinaristas.

nomine significare solet, qui totius hominis dux est, bona & mala discernit, at eorum, quæ in nobis præclare aguntur, probator est. Ergo mens in homine discernendi vim habet, nondum tamen se ad adsentiendum inclinat, nisi semetipsam convertat.

46) Quæ cum ita sint, quid tandem nonnullis in animum incidit, ut ab adsumta hominis a Christo natura mentem excluderent; quid inquam ea res detrimenti nobis aut emolumenti adtulit? An, ut Christo opitularentur, ista dixerunt? an ut magnam ab eo gratiam inire possent, si mentem ei detraherent? sane Dominus noster naturam hominis in hoc mundo suscipiens perfecte assumsit omnia, utpote qui suum sibi corpus effinxit, sibique animam sumsit, vel potius indidit. Quidam vero Christi Domini incarnationem, & susceptam ab eo naturam hominis mancam efficere cupientes, nescio quid in animum induxerunt, ut perperam Christum non assumsisse mentem adsererent: qui quidem mentem hypostasin quandam ac personam esse sibi persuadent, & ad id Spiritum illum, qui in scripturis commemoratur, accommodare non dubitant, veluti cum dicit Apostolus: *ut integer noster Spiritus & anima & corpus in die Domini nostri Jesu Christi servetur.* 1. *Thessal.* 5, 23. Verum isti vehementer falsi sunt: etenim si mens idem est ac Spiritus, ut & illi censent; anima vero præter mentem ac Spiritum alia est, non jam personæ in homine duæ & in unam personam conflatæ sunt,

neque

neque sola anima vel corpus subsistet, sed quatuor hac ratione substantiæ consurgent. Mens enim erit una substantia: anima erit subsistentia altera; tertia subsistentia Spiritus erit; denique quarta subsistentia corpus; immo si diligentius inquiramus, numerus hic ulterius extendi potest, quippe pluribus adpellationibus homo insigniri potest, ut cum interior atque exterior homo dicitur, quæ omnia spiritali quodam sensu in scripturis usurpantur, ut ea ratione mentes nostras adstringant, quo nullam salutis nostræ partem prætermittere velimus. Igitur insunt illa quidem in homine, sed curiosius minime perscrutanda sunt: Veruntamen & illorum ex sententia, si mens Spiritus est, & Spiritus mens, cur tandem Apostolus ita loquitur? Psallam Spiritu psallam & mente, quibus verbis significare visus est, nec Spiritum esse mentem, nec mentem esse Spiritum.

47) Præterea *anima inquit, quæ peccaverit, ipsa morietur. Ezech.* 18. Non opinor, de anima a corpore sejuncta locutus est: Erant, ait, in navi 70. circiter animæ: non utique corporis expertes animæ fuisse dicuntur, sed animata corpora. Eodem & illud pertinet, quod hominem unius adpellatione partis declarare solemus, ut cum dicimus: Dominus est 80. corporum, non utique animarum expertium, quocirca verbum caro factum est, non citra animam ac totum illud negotium; nam cum dicit animam, sine corpore esse non pronunciat, neque

cum

tum corpus dicimus, carere animis intelligimus. Quid igitur isti cogitarunt, qui mentem a suscepta hominis natura rejicere voluere? Nonne qui hæc animo concipit, mancam duntaxat salutem nostram esse constituit? Quod enim ad nos attinet, mentem aliud quiddam ac diversum existimare non possumus, nec subsistentem per se personam adserere, sed illud totum, quod compositum est, & rationis particeps & in unoquoque eorum etiam, qui errore ducuntur, sapientia præditum. Quid igitur Christus in salutem restituturus accessit? Perfectum opinor hominem. Ergo, quæ in eo sunt omnia, perfecte suscepit, alioquin quomodo hæc in illo vera esse potuissent, quæ de homine ex mente, corpore, anima, ac reliqua humanæ vitæ conditione præter peccatum constante, a Prophetis prædicta sunt? Siquidem manifeste scriptura nos his verbis admonet: Ecce *intelligit puer meus dilectus, quem elegi, in quo sibi anima mea placuit. Ponam Spiritum meum &c.* Hoc igitur ipsum *intelligere* ubinam impletum est? Si in divinitate, ergo illa hactenus intelligentia caruerat; sed absit, ut istud dicamus. Quodsi verum est, quomodo sine mente humana intelligere natura potest. Fieri nequit, si verbum illud intelligendi ad Christum omnino referri debet. Christus autem Deus e cœlo verbum, e Maria caro factum est, & hominem suscepit, & nobiscum conversatus, non dubium est, quin naturam hominis sibi una cum mente

copu-

copularit: cum intelligere ipsi conveniat, nam ob hoc ipsum Evangelium de eo ita testatur: *procedebat sapientia & aetate*: non divinitas accessionem cepit aetatis, neque sapientiae, quae tota sapientia est, verum humana Salvatoris nostri natura sapientia progrediebatur non mentis expers, alioquin ne sapientia quidem praedita esse potuisset. Eadem & aetate procedebat, cum revera puer adolescens ac firmior redderetur.

48) Jamvero si ex eo, quod mentem susceperit, in peccati potestatem venisse dicatur, multo sane magis id ex eo consequetur, si carnem induisse fateamur, citra quam peccatum perfici non potest. Quare concedendum est, pro eo, quod carnem acceperit, in carne peccasse, & carnis illecebris abductum esse, ut, quae illius propria, neque cum recta ratione consentanea, efficeret? Tametsi illud omne vel vilissimum susceperit, quod cum corpore conjunctum est, humanamque carnem sed criminis omnis expertem. Quippe Deus verbum carnem de sua voluntate suscipiens corpus suum velut quodam fraeno regebat, & prout vellet, cohibere poterat, atque ad eas duntaxat corporis necessitates, quae rationi convenientes suae divinitati consentaneae viderentur. Neque vero mente revera praeditus, & ceteris humanae naturae partibus, in rationis expertes cupiditates sese committebat, neo ea, quae carnis propria sunt, perinde ac nos aut agebat, aut animo cogitabat, sed sic tanquam

Deus

Deus in vera carne e Maria Virgine genitus ista faciebat carne, anima, mente, & cum toto veluti hominis instrumento inter homines degens, ac cœlitus a Patre procedens & subsistens Dei verbum. Neque vero cavillari quispiam debet, aut quadam abusione vocis dictum arbitrari, perinde atque illud: *Intellige clamorem meum.* Ps. 5, 2. Etenim hoc in loco manifesta est vocis abusio, quæ precandi causa posita est: at illius incarnatio vere est prophetarum oraculis prædicta, sicut & illud: procedebat ætate, proprie dicitur.

49) Quidnam autem adferre se isti posse putant, si perfectum hominem e Maria genitum esse Christum aut mente præditum adferamus? An periculum est, ne illum peccatis obnoxium fuisse suspicemur? Absit: peccatum enim non fecit; nam si vim suam sanctis quibusdam viris adflaverit, qui propterea constanti testimonio sancti citra reprehensionem ullam vixisse dicantur, quanto magis ille, in quo omnis plenitudo divinitatis habitare corporaliter voluit, quamvis veram e Maria Virgine carnem & humanam animam cum mente, ac ceteris hominis partibus acceperit; in se ipso ita continere omnia potuit, ut neque in nequitiam spargeretur, neque maligni hostis fraude, delitiis infringeretur; neque voluptatum illecebris caperetur; neque Adami delicto subjiceretur: ob id enim Apostolus dixit: factus ex muliere, *factus sub lege:* item: *Et habitu inventus ut homo,* ad Philip. 2., 7. Quare verba *habitu*,

 factus

factus & *sub lege* utrinque collecta tam na
ræ perfectionem significant, quam expert
passionis statum: etenim ex eo quod fac
dicitur, perfectus fuisse declaratur: illud
tem: *sub lege*, non ficte, solaque specie
minem fuisse declarat: postremo *habitu* fi
ræ constantiam, & illud, *ut homo* immun
a peccato conditionem demonstrat. Q
cum ita se habeant, nemo inanibus ver
illud ad imperfectionem ducat. Neque
alio quodam perfecto habitasse dicitur,
in se ipso perfecit omnia. Postmodum
ro sic a mortuis excitatus est, ut non a
plius in corpus redeat, nec divinitatem
animam in sepulchro contineri p
sus, occlusis foribus ingrediebatur, & Th
mæ digitis contingebatur, ne falsa quad
imagine sed veritate constare credatur: .
quidem postea Thomas ipse fidem habu
ubi illud impletum est: *manibus meis D*
quæsivi, & non sum deceptus. Idem ergo D
& homo nihil permixtum confusumque pr
stitit, sed in unum ambo temperavit: nec
nihilum abiit, sed terrenum corpus divi
tate confirmans in unam vim divinitatem
conflavit, unus videlicet Dominus, & un
Christus, non duo Christi: in eodem spi
tale corpus inest, & divinitas, quæ comp
hendi non potest.

50) Unicus igitur ille Dei filius per
ctus, increatus, constans, immutabilis
ter nos homo factus & spiritaliter resurgen
neque moriens amplius, neque mendic
nos

nostra habere voluit, unus Dominus Rex Christus Dei Filius in coelo consideus ad Patris dexteram supra principatum omnem, & nomen omne, quod nominari potest. Haec vero copulandi interjecta particula *&* non confusum cum Patre Filium esse significat, sed Patrem esse verum Filii Patrem, ac se ipsum verum esse demonstravit subsistens verbum, & Spiritum S. subsistentem Spiritum & veritatis Spiritum, increatum, immutabilem, ac constantem. Deus quippe renes & corda scrutatur, & hic mihi haereticus objicit: Equidem credo, patrem esse patrem, & filium esse filium, & Spiritum sanctum, Spiritum esse sanctum, ac tres hypostases in una substantia profiteor. At ego aliam esse praeter divinitatem nego substantiam, aut praeter substantiam aliam divinitatem: sed ut adcuratius loquamur, ac nec alia & alia divinitatis in Trinitate forma dicatur, substantiam adpellamus; nam qui haec dicit, callide tergiversatur, & dolo malo sic loquitur, cum interim occultam quandam cogitationem in animo foveat, atque ad exemplum naturae nostrae tale sibi quiddam de divinitate fingat. Quare Pater velut forma quaedam est, ut ita dixerim, ac species, Filius perinde est, atque hominis anima; Spiritus instar ejus est, qui per hominem spirat, nec enim cavillatores quidam desunt, qui de divinitate sic judicent: nos autem longe aliter dicimus: ecce tibi Pater de caelo clara voce testatur: En Filius ad Jordanem: En Spiritus columbae specie adparens

hanc per se figuram induit, persona per sese sua constans, non a Patre & Filio diversus sed ejusdem cum illis substantiæ: potest & illud alio modo declarari Pater in cœlo considet; considere vero dicitur non humano more, sed alia ratione, quæ comprehendi non potest, neque dixit, ascendit ad Patrem Filius, sed sedet ad dexteram Patris cum Patre; de Spiritu vero sancto nos unicus Dei Filius docuit: *Ego vado, & Spiritus ille sanctus Spiritus veritatis veniet, & nisi ego abiero, non veniet ad vos.* Atqui si cum Filio confusus esset Spiritus, non diceret; ab eo, *& ille veniet*, si aliam atque aliam personam esse demonstrare voluit; una ergo divinitas est, unus Deus, una Deitas.

51) Hæc a me in illorum gratiam scripta sunt, qui vitæ ac salutis nostræ congruam rationem, & certissimam professionem scire voluerint; quæ jam tunc a lege, Prophetis, Evangeliis, Apostolis & apostolicis temporibus ad nostra in Ecclesia catholica incorrupta servatur: quæque per invidiam ac turbas adversus unam veram fidem concitata singulis quibusque temporibus variarum hæreseon insectatione jactata, ac multis incommodis conflictata est, illa inquam ipsa fides, spes & salus nostra in sua veritate perstitit, cum hæreses sua se labe contaminent, & ab Ecclesiæ societate separentur. Cujusmodi nonnullos nuper excitatos esse comperimus, quibus plerique, qui monasticam in Ægypto, Thebaide, & ceteris Regionibus vitam exer-

exercent, facile primas deferunt, & qui omnes a veritate defecerunt, ac Dei veritatem & spem nostram ad nugas fabulasque transtulerunt. Quocirca necesse est, ut adversus illos disputemus.

52) Infideles igitur ac gentiles resurrectionem funditus negant: Quorum vero depravata fides est, quique stolide se ab omni spe veritatis abstraxerunt, horum propria est illa de resurrectione sententia. Ac gentiles quidem, qui resurrectionem nullam esse, penitus putant, ob scelerum suorum, quæ quotidie perpetrant, impietatem ita sentiunt. Quippe resurrectionem oderunt, per quam summam infamiam subituri sunt, eoquod Deum ejusque mandata prorsus ignoraverint; quanquam vel inviti necessario resurgent. Atque illos quidem creatæ res omnes palam coarguunt, quæ quotidie speciem quandam resurrectionis ostendunt: nam & dies occidit, & mortuorum adumbrat interitum, dum soporem hominibus indicit, & eadem rursus exoritur, atque a somno nos excitat, & ita resurrectionis judicium demonstrat. Decerpuntur fructus, ac rerum status exciditur: Unde nostri ex hac vita gressus velut modus quidam præscribitur: terra profeminatur ac pullutat, quoniam quæ succisa sunt, post excisionem rursus excitantur: Locusta moritur, postquam fœtum quendam emisit, & in terram deposuit, & aliquando post tempore terra mandata sibi ac consepulta restituit: herbarum & stirpium semina con-

Resurrectio mortuorum.

feruntur, ac primis emortua ad perfecta postmodum incrementa perveniunt: nisi enim mortua fuerint, nequaquam reviviscunt. Quid quod & in decem manuum ac pedum unguibus resurrectionem nobis quodammodo Deus obsignat, ac spei nostræ euidenti testimonio suffragatur; quin & ipsa capillorum corona eandem resurrectionem prædicat; etenim quæ corporis pars in nobis mortua videtur, hoc est, pili quotidie detonsi, atque iterum pullulantes, spem nobis resurrectionis ostendunt.

53) Possum alia & quidem infinita percensere, quorum exemplis persuaderi infidelibus ista possunt. Verum nec illis palumpes avis quædam, nec animal illud, quem murum alpinum vocant, fidem possunt facere, e quibus hic sex totos menses inter mortuos jacet, illa quadragenos dies: ac subinde suis temporibus evolutis rursus ad vitam excitantur. Scarrabei adpropinquante morte stercoris se pillula condunt, quam sub terra defodiunt, & genitali quodam humore, quem e se ipsis emittunt, reviviscere per sese cernuntur: nam de Phœnice Arabiæ ave mentionem facere supervacaneum est; est enim ea res plurimorum tam fidelium quam infidelium auditione vulgata; hujus quidem historia est ejusmodi, quingentesimo ætatis anno cum instare obitus sui tempus præsensenserit, cellulam ex aromatibus construit in urbem quandam Ægypti Heliopolis adpellatam, ab Ægyptiis vero & Hebræis *On*:

Ibi

Ibi pectus suum sæpius alis converberans ignem e suo corpore exprimit, quo subjectam materiam incendit; ita semetipsam totam cum ossibus exurit: deinde occulta quadam Dei providentia superfusa nubes depluit, ac flammam illam, quæ avis corpus depasta est, extinquit. Mortua igitur ave ac flammis prorsus assata, restincta flamma carnis ac corporis superstites reliquiæ eodem die consumtæ vermem generant, qui paulo post pennatus evadit, & in pullum convertitur: is tertio die adolescit, & ita locis illius incolis, conspiciendum se præbet: inde in patria convolans adquiescit.

54) Ego vero gentiles istos græcos ac barbaros infideles admiror, quorum adeo excæcatus est animus, ut in suis fabulis resurrectionis mentionem intentidem aspergere, ac de ea quam plurima prædicare minime vereantur: nam ut fictis illorum commentis traditur, Alcestis Beliæ filia pro Admeto viro suo mortuo triduo postea ab Hercule ad superos excitata, ex inferorum penetralibus emersit. Quod idem & Pelopi contigit. Tantali filio, cum ejus corpus in frusta concisum parens ipse falsis illorum Numinibus adposuisset: nec non Eucleis, quem Aesculapius revocavit ad vitam: itemque Castor Pollucis fratris beneficio ab interitu vindicatur, qui alterius cum eo vitam suam communicare maluit; ad hæc Procesilaus idem Laodimiæ opera consecutus fingitur: præterea Sisiphum, Tantalum & Caucasi filias,

illas, quas furias vocant: denique Tiresiam in tartara detrusos scelerum illius pœnas expendere. & alium saxo, alium rota, alium altero supplicii genere cruciari, in eoque perseverare commenti sunt: ut non penitus in nihilum redacti sint, sed cum corporibus etiamnum supersint; nam si carerent corporibus, quinam saxo rotave damnari possent?

55) His gentilium somniis & infidelitate genita sunt, quæ ab hereticis adferuntur, quorum nonnulli non corporum sed animarum resurrectionem fore prædicant, adeo, ut illorum absurdissima sit oratio, adque ad excitandum risum ab illis explicata: nam quod resurrectionem hæreses illas utcunque fatentur, ac futuram eam existiment, sed eam solas ad animas referant; fingi nihil potest ineptius; qui enim resurgere poterit anima, quæ nunquam ceciderit; non enim animas in sepulchra, sed corpora deponimus. Animæ quippe non cadunt, sed carnes, unde & mortuorum corpora vulgo cadavera nominamus: quamobrem siqua apud illos est resurrectionis fides, nemini dubium est, quin ad corpus, quod cecidit, non ad animas pertinere debeat. Græci vero ac Gentiles, qui resurrectionem funditus negant, vel hoc uno argumento refelluntur, quod solennibus diebus cibum ac potum ad mortuorum sepulchra deferunt, ubi cibum omnem flammis adolent, & de vino libant, qua in re neque mortuis prosunt, & sibi ipsis

fis detrimentum adferunt. Sed vel ipſa eos conſuetudo ad confitendam mortuorum reſurrectionem adigit: ſiquidem ad eum locum, in quo ſunt mortuorum corpora ſeſe conferentes conſepultos illic nominatim inclamant: ſurge, inquiunt, defuncti nomen compellantes, bibe & epulare: atqui ſi animarum & earum reliquiarum poſitæ ſunt ibi requies, exſpectatio illa vana videtur, dum fruſtra animarum reſurrectionem exſpectant: igitur non ab orco iſtas animas revocant, & cur ad mortuorum reliquias adhæreſcunt, aut quam in ſpem his in locis commorantur? Dicant, ſi poſſunt; ſed illud opinor, manifeſtum eſt, animas illas non in ſepulchris, ſed certis in locis & domiciliis habitare, quæ unicuique poſt mortem, prout in vita egit, adſignata eſt. Ceterum rediculum illud eſt, cum omnibus infra ſit poſita opinio ac veluti præſumtio, ut reſurrectionem univerſi plane fateantur, ab infidelibus tamen ex adverſo illa certiſſima negent, quæ Dei virtute præſtari utique poſſunt.

56) Verum de his hactenus, nam pauca quædam a me collecta ſufficiunt. Jamvero quod ad eos adtinet, qui dicunt, ſe Chriſtianos, & Origenem ſecuti mortuorum quidem reſurrectionem ſanctiſſimi illius dominici corporis e Maria Virgine ſuſcepti, admittunt, ſed eandem nihilominus carnem excitari non putant, ſed aliam a Deo in ejus locum ſubſtitui: nonne hanc ipſam opinionem ceteras omnes impietate ſuperare, ac gentilium etiam

etiam erroribus àbſurdiorem eſſe putabimus? Inprimis enim ſi alia quædam ex illorum opinione caro in illius noſtræ locum ſuccedit, minime juſtum Dei judicium eſt, qui aut aliam carnem pro ea, quæ peccaverit, condemnet, aut aliud corpus ad cœleſtis patrimonii gloriam perducat, quam illud ipſum, quod jejuniis, vigiliis, Dei eſt cauſſa conflictatum. Quomodo vero convenit, ut ſola anima ſine peccati ſocio ac participe condemnetur? Merito quippe Dei judicio ejuſmodi reſiſtere poterit anima, ac corporis propria eſſe delicta cauſſari: neque rationes ei ac firmamenta deerunt, ſi eorum dogma fidem ullam mereatur: hoc enim pro ſe poteſt adferre: ego non peccavi, ſed corpus; ex quo enim ab eo diſceſſi, ſtuprum nullum aut adulterium admiſi, nec aliis id generis execrandis ſceleribus me obſtrinxi. Quæ defenſio non injuſta fuerit. Cum hæc igitur merito ad ſui excuſationem adtulerit, quid diceremus? an otioſum ac ſupervacaneum eſt Dei judicium? Abſit: nos enim ſcimus, nihil non a Deo fieri poſſe, ac non modo anima carentia corpora proferri poſſe, ſed & extincta penitus illa reviviſcere denuo poſſe, ſi velit. Quemadmodum corpora illa, quæ ſanctiſſimo Ezechieli per viſum oblata ſunt, exemplo ſuo comprobarunt, nam cum prophetæ dixiſſet Deus: dic, ut os ad os redeat, dum ſtupendum virtutis divinæ ſpecimen contigit, ut, cum nondum infuſæ eſſent animæ, arida duntaxat oſſa ſupereſſent, non modo movendi ſui vim haberent, ſed

&

& ligari ossa illa prædita viderentur; nam quæ vicina capiti sunt ossa, non ad pedes quadam oblivione se se conferebant, sed unum quodque os ad locum suum revertebatur: sed neque dixit: jube fili hominis primum advenire Spiritum; sed prius, quod difficilius videbatur; informandæ fidei gratia facile reddidit, & corpori ipsa conglutinavit, ac tunc animas in corpora redire jussit. Itaque cum Deus vitam corporis instaurare sine anima possit, corpus tamen ipsum per se sine anima condemnari non potest: habet enim justissimam defensionem, quam adversus divinum judicium opponat: nam & ipsum pro se illud allegare potest: ab anima peccatum omne profectum est, ego quid potui? Nam ex quo a me hæc abcessit, non adulterium aut ceterorum criminum flagitia commisi? Ita ex pervicacium horum sententia Dei judicium inane foret. Quocirca in corpus anima restauratur a Deo, & sic justus judex corpus excitat, ac suam ibi animam infundit; atque hoc pacto partes sine constituti peccati supplicio corpori infundi necesse est.

57) Hæc nos ad veritatem spei nostræ comprobandam sufficere rati, & multis pauca proposuimus: nunc adversus eos, qui aliud quoddam corpus, ab eo, quod cecidit, excitari putant, nonnihil adjiciemus, ut eos, qui intelligere ista voluerint, ac ad salutem retinere studuerint, adjuvemus. Neque vero tenuissimis nobis hominibus detrectandus labor est, si modo ea in omnes utilitas derive-

rivetur, ne carnis nostræ resurrectionem abnegent, in qua thesaurus omnis sanæ mentis firmamentum, ac boni omnis officii spes est; quippe nos imbecilles, licet continentiam colimus, & in pauperes benefici esse studemus, quamvis infirmi, ut iis rebus, quas speramus, in illa mortuorum resurrectione perfruamur. Ita qui labores suscipit, fidei, spei & charitatis testimonio fundatur, & pro Dei nomine in persecutionum cruciatibus perseverat, qui carnis nostræ resurrectionem non negant, sed idem illud, quod modo proseminatur, in terra resurrecturum esse credunt. Duas enim certissimas auctoritates sacræ nobis literæ suppeditant, quibus resurrectionis nostræ spem cognoscere possumus, ne inanium hominum fabulis abducamur, qui & ipsi falsi sunt, & humano generi suis scriptis falsitatis auctores extiterunt.

58) Quippe si aliud esset, quod resurgit corpus, nunquam istud adfirmaret Apostolus: oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem. 1. Cor. 15. De sanctorum vero gloria, quemadmodum splendidiores fieri debent, dicit: *resurget in gloria.* Hoc ipsum ad eorum repræsentandam gloriam injecit, atque ut granum per se ipsum ad eam gloriam pervenire monstraret, in Evangelio dixit idem, qui & in Paulo de resurrectione disseruit: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert. Jo. 12. Ergo & Apostolus gra-

num nominavit, & idem granum corpo-
alvator per se ipsum ostendit. Quid igi-
dicere possumus? Nonne proprium ipsum
corpus, hoc est, quod ex ipso post tri-
m e sepulchro surrexit? ut angeli te-
tur: surrexit, non est hic: aut id quod
ise dicit, *noli me tangere*, nondum enim
ndi ad Patrem meum: aut cum manus
ac latus Thomæ cum his verbis demon-
: noli esse incredulus. Quare aut insi-
um est penitus, resurrexisse illum, nega-
aut eorum, qui adferunt, non idem,
d mortuum est, corpus resurrexisse: sed
lium demum est adfirmare, idem esse
us excitatum: ad eundem enim finem
orum cicatrices reliquit, neque lanceæ
igium abolere voluit; tametsi januis clau-
sset ingressus; etenim, quod in eo carnale
ius erat, spiritale surrexit; sed non aliud
en, præter id, quo præditus erat, quod
divinitate conjunctum in spiritalem
adam subtilitatem transiit: nisi enim spi-
is illa subtilitas fuisset, quodnam terræ
men tantillum corpus excepisset? sed de-
are voluit corruptibile nostrum hoc cor-
induere incorruptionem: quod etsi mor-
fit, immortalitate vestitur. Verum ut
ies, qui saluti nostræ, hoc est, resurre-
ni diffidunt, idem ille, qui corpus in sub-
item converterat, & resurrectionem tem-
it in Spiritum, clavorum cicatrices aut
eæ non sustulit, sed idem esse docuit,
d in cruce passum postea surrexit: neque
aliud ex ipso coortum, verum hoc ip-
sum,

sum; quod perpessum erat, perpessionis expers esse factum; & idem, quod ceciderat, sed incorruptum resurrexisse granum. At ne forte partem duntaxat illius excitatam esse credamus, licet totum ipsum corruptionem non viderit, totum nihilominus surrexit. Vere ergo surrexit: & ne haereticis aliquid preberetur, ossa atque carnem Thomae ac ceteris discipulis ostendens: videte me, inquit, quoniam ego sum, Spiritus enim ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere. Luc. 24.

59) Quodsi quis objiciat, salvatoris nostri corpus eximiae cujusdam fuisse conditionis, quod solum e Maria simili virili satu susceptum fuerit; nunquam illud demonstrari poterit. Sed fortasse quispiam ait, solum Christi corpus totum resurrexisse, nostrum vero non idem, sed aliud ejus loco resurgere: verum quomodo haec intelligi poterunt: surrexit Christus primitiae dormientium: 1. Cor. 15. Quomodo primitiae dormientium Christus fuerit, dicant, si placet, nec se aliis erroribus implicent, aut ceteras scripturae partes mendaces arbitrentur. Ante se enim Lazarum excitavit; tum viduae, quae apud Naim erat, filium; Elias item mortuum revocavit ad vitam; duos Eliseus, alterum nondum humi mandatum, alterum jam sepultum: sed illi a mortuis excitati mortem rursus obierunt; & alteram ac communem omnium resurrectionem expectant. Christus vero primitiae dormientium dicitur, quod ubi resurrexit;

non amplius moriatur. Mortuus quippe semel est, & ob nostras passiones passionem hic nostra caussa sustinuit: mortem semel degustavit, mortem autem crucis, ac pro nobis ultro morti se verbum objecit, ut morte sua mortem interficeret.

60) Quid igitur dicendum est? An e superioribus Christum hominem esse colligemus? Nemini obscurum esse puto, quin sine ulla dubitatione fateamur, Dominum ac Deum verbum hominem esse non specie sed veritate constantem. Verum non ejusmodi homo esse credendus est, qui ad divinitatem quadam progressione pervenerit, non enim in homine spes est salutis constituta, siquidem ex universis hominibus, qui ab Adamo propagati sunt, salutem nobis adferre nemo potuit, sed Deus duntaxat seu verbum caro factum, ut ne spes in homine nostra sit, sed in Deo vivo, qui verus homo sit factus: hinc e nostra carne carnem suam Dominus adsumsit, atque homo nostri similis esse Deus ac verbum voluit, ut passionem passione dissolveret, ac sua morte mortem extingueret: sed divinitati ipsimet est adtributa passio, quanquam ab omni immunis est passione divinitas: quod quidem ita sancto, & ab omni passione remotissimo Dei verbo fieri placuit. Ceterum ejusmodi est illud, uti siquis veste indutus, quae asperfa sanguinis stilla sit infecta, ita ut ad ipsum corpus minime pervenerit: tunc enim sanguinis illa macula ei, qui

qui indutus est, imputari solet: sic in carne passus est Christus, hoc est, in homine dominico, quem Dei verbum cœlitus adlapsum ipsum sibi formavit; ad eum itaque modum sanguinis illa macula, quæ vestibus adhærescit, ei qui indutus est, adscribitur: & vero carnis ipsa perpessio divinitati tributa est, licet ipsa nihil sit passa, ne in homine mundi spes ac fiducia collocetur, sed in homine dominico: hinc videlicet divinitas ipsa imputari sibi passionem voluerit, quo insuper passionis expers illa divinitatis conditio in totius mundi salutem cederet, atque ut inflicta carni perpessio divinitati, quæ interim nihil patiebatur, nihilominus tribueretur, quo &, quod scriptum est, impleretur: *si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.*

61) Crucifixus est ergo, crucifixus est inquam Dominus, & nos crucifixum adoramus ac sepultum, & resurgentem tertia die, & in cœlos ascendentem. Quippe ex sacris literis probatur resurrectio; quis enim locus est, in quo non meminerit: Abelis sanguis ea prædicat; nam post mortem adhuc loquitur: Gen. 4. Enoch translatus est, & non inventus, & resurrectionem nunciat, neque enim mortem vidit, quoniam placuit Deo. Noë Dei mandato fabricavit arcam, eamque velut regenerationem familiæ suæ molitus est. Abrahamus ætate confectus filium e mortuo jam corpore suscipit, & ejus spem e mortuis largitus est, præsertim cum Saræ emor-

emortuus erat uterus: Isaac velut a morte revocatus ad vitam oblatus est Patri: quippe Deus ex mortuorum resurrectione vivum parenti repræsentans filium spem resurrectionis ostendit: idem & Josephus suo facto comprobavit, cum ossium suorum spem & expectationem negligendam non putavit, quibus ut olim vitæ restituendis curam adhibuit, atque ut ex Ægypto deportarentur, etiam atque etiam præcepit. Sane, si ulla esset futura resurrectio, quorsum tam diligens ossium cura, ut de perituris ossibus justi homines tam adcurate mandarent? Vox illa prima, quæ Moysi edita est, de eadem re Dei testimonium habuit. Ego sum, inquit, Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Jacob, qui in mundo mortui apud me vivunt. Nec minus ad illud demonstrandum valet Aaronis virga, quæ multis jam annis arefacta in tabernaculo a vespera ad diluculum usque deposita fuerat, cum enim vivæ arbores spissæ & operosæ duodecim totis mensibus, & anno vertente fructus pariant, cum solis ardore confotæ, & irrigatæ pluviis atque explicante rore germinant, una non amplius nocte, quod difficile erat, nullo negotio Deus absolvit, nam & arida virga pullulavit, & folia ac maturos fructus peperit; qua quidem similitudine futuram resurrectionem Deus adumbrare voluit. Cum honestis nuptiis liberi propagantur, primum in genitalem matris uterum semen infunditur: dum progressu temporis, quod satum est, in utero revolutum novem mensibus perficitur, ac demum in

in lucem emittitur. In resurrectione tamen non eadem erit ratio, momento quippe res tota peragitur: etenim tuba canet, & mortui resurgent incorrupti. Id quod in testimonii tabernaculo Dominus ostendit, ubi nuces, quas vivæ arbores post duodecim menses proferunt, in arido ligno contentæ densiores germinarunt. Fidem infidelibus hominibus porro faciat Dei vis ac potentia: audiat Moyses & ostendat, quid in manu tua habes? Ait illi Dominus: at is, virgam inquit. Hæc virga lignea & arefacta rursus erat, tum Dominus: projice illam in terram: abjecit ergo eam, & quod aridum erat, humidum reddidit Deus, nec humidum modo, sed & animatum, adeoque natura mutatum. Nec inanis fuit illa species, Dei quippe præcepto ex rei veritate, non inani specie opus ipsum perficitur: & ut intelligentiam nostram ab omni errore prohiberet, veritatem per Moysen exhibuit: nam quod tunc fiebat, non ficta specie sed revera geri, propheta fugiendo monstravit: nam si duntaxat illud adparere credidisset, serpentem illum non fugeret.

62) Sed non forte pervicaces homines offensionis occasionem nacti nobis istud objiciant: alia tunc virga fuit, cui Deus aliud quoddam opus sua voluntate tribuit. Discant inprimis non alteram pro altera, sed eandem ipsam, quæ arida erat, animatam fuisse. Propterea, quod novum illud virgæ corpus inditum & quæ ab eodem agitabatur,

natu-

natura ſive forma, hanc Deus ad judicium minime vocabat, ſed reſurrectionis in illa virga certiſſimam fidem facere conſtituerat, ac ſuam demonſtrare potentiam, ut ne quis ei diffideret, atque hoc ipſum cum omni cautione perfecit, non enim partem virgæ duntaxat excitavit, ſed integram convertit.

63) Quod autem ita ſeſe res habeat, ac ſempiternæ vitæ ſpes mortuis oſtenſa ſit, quodque ad vitam excitandi illi ſint, qui in ſepulchris jacent, Moyſen rurſus teſtem advoca: apud quem cum Ruben facinus perpetraſſet, ſic ei Pater ſanctiſſimus ille Patriarcha Jacob imprecatur: *Vivat Ruben, & non moriatur.* Deut. 33. Quomodo vivere ille poterat, qui ante centum & viginti annos ſepultus fuerat? Verum eo iſta dixit, quod reſurrectionem omnino fieri cognoſceret, tum mortis alterum genus ipſo judicii die condemnatione ſecuturum: unde unico illum ſupplicii genere perfunctum a futuris exſolvere cupiens reſurrectione videlicet: neque enim ignorabat, omnes denuo eſſe victuros. Illud vero: *& non moriatur*, idem eſt, atque ne ſecundam condemnationis & æterni ſupplicii mortem ſubeat, nam ſi de præſentis duntaxat vitæ jactura ſollicitus eſſet, ſatis erat dixiſſe: *vivat Ruben:* ſed quoniam ad futura reſpectum habebat: Vivat, inquit, Ruben, & non moriatur.

64) Et quis vero tam infinita teſtimonia colligere poterit, quæ ad ſpem noſtram ac

veræ resurrectionis fiduciam adstruendam pertineat? Dicant enim isti pertinaces homines, utrumnam pars aliqua corporum excitetur, an omnium pars aliqua, an quorundam totum corpus resurgat: item quorum pars excitanda sit, & quorum corpus ipsum universum. Inquiramus porro, ubinam aut quando sancti mortui partem alicujus non totum ipsum corpus excitarint: Sarephtanæ viduæ filius integer surrexit: Sunamitidis filius totus resurrexit: item Dominus Naason excitavit, nec ullas in monimento reliquias superesse voluit, sed cum fasciis ac reliquis vestibus excitavit. Atqui vestibus judicii die nil opus erit. Ad hæc viduæ, quæ in Opido Naim erat, totum filium revocavit ad vitam: Idem in principis Synagogæ filia ac Centurionis filia præstitit. Rursus Enoch translatus est totus, & ad hanc diem mortem non vidit, ut in duobus vivis corporibus perfecta nobis resurrectio demonstretur: ac nequis expressas in duobus velut resurrectionis nostræ primogenitis formas ignoret, Enoch in præputio vixit, nec istud, quo resurgeret, obstitit, aut quominus vitam adhuc suam in corpore sustentaret. Elias vero e circumcisione fuit, ne his aut illis nominatim adscribatur, sed communis ac generalis habeatur. Elias virginitatem coluit, ut eximia illa virginitatis dignitas immortalitatem & incorruptum corporis statum mundo prædicaret: Verum ne virginitati soli propter excellentiam concessa resurrectio vel integri corporis conservatio videretur, Enoch

virgo

virgo non fuit, sed castus ac temperans, idemque liberos genuit: Ergo illi duo inter vivos censentur, & ad spem nostram confirmandam cum corpore & anima perseverant.

65) Sed ne dubitare rursus aliquis posset, alios cum ipsis corporibus ad inferos detrusit: quippe terra dehiscens Dathan & Abiron filios Core absorbsit, ac corpore & anima viventes in inferos demersi sunt. Praeterea Job ita loquitur: Donec iterum ad vitam excitatus fuero, & hoc corpus, quod ista sustinet, & instauraveris me. Job. 14. Porro Esaias ait: resurgent mortui, & excitabantur, qui in sepulchris versantur, quod autem Job dixit: *Homo, cum dormierit, non amplius resurget, neque cognoscet locum suum*, Job 14, 12. Ideo pronunciatum est, quod certa ac definita die sit futura resurrectio. Ut autem demonstraretur, ad quodnam tempus futuram illam expectaret, quaestionem dissolvit dicens: Quamdiu cœlum erit & terra, corpora in terra jacebunt: postquam autem ille venerit, qui cœlum perinde ac librum convolvit, ac terram concutit, tum, qui in terra sunt, resurgent. Quam ob caussam Ezechieli dicit: filii hominis loquere: conjungatur os ad os, & compages ad compagem, Ezech. 37. Et ita factum est. Rursum dic, inquit, fili hominis: Veni Spiritus a quatuor terrae angulis, ab iis locis nimirum, quae animis adtributa sunt: sed cur Dominus ipse non loquitur, sed hominem proferre ista jubet? nimirum quod, quaecun-

que Dominus dicit, eodem momento facit, nec amplius ea dissolvi possunt: homini proinde pronunciare ista jussit, ut in eo, quod ad tempus corpora illa resurgerent, spes nostræ salutis adumbraretur; hominis vero non Domini sermo dissolveretur, sicuti ossa illa denuo postmodum erant moritura: quoties vero Dominus dicit: *resurgite*, resurgunt, & non moriuntur amplius, nam sermo Dei rescindi non potest.

66) Atqui ea caussa videtur esse, cur Dominus cum carne veniens mortuos excitarit, ut, quod carnis interventu revocatum esset ad vitam, iterum moreretur, donec caro ipsa non amplius moritura consurgat, cum videlicet non amplius uni hoc alicui dixerit: surge, veni foras: donec inquam advenerit, neque singulariter dicat amplius: surgite: sed surgite omnes, ac communem resurrectionem universis indixerit. Porro ubi a mortuis excitatus est, neminem ex iis, qui recenter obierant, a mortuis suscitavit: nam cum ipso quidem multa corpora sanctorum, qui dormierant, resurrexerunt & adparuerunt multis, cum in thalamum essent ingressi, ut in Evangelio legimus: atque non dixit: Pars corporum resurrexit, sed corpora sanctorum, & obtulerunt se multis non ab iis, qui e vita jam excesserunt, diversi, sed a suis agniti, qui paulo ante ex hac vita migraverant, sed ut idem Dominus alios quoque tanti miraculi conscios ac participes faceret, difficilia illa facillima esse demonstrans

strans re ipsa perfecit: nam cum ad puellam illam synagogae principis filiam recens mortuam accessisset, quod eadem esset hora mortua; ita eam compellare dignatus est: *surge puella*, Luc. 8. Quibus verbis quod jam dissolutum erat, novo robore confirmavit, cum adhuc in lectulo jaceret: at viduae Naimiticae filium, quod in loculo jam efferretur, facilius excitavit: Quippe loculum solummodo tetigit, neque quidquam puellae dixit; sed ad solum loculi contactum ille surrexit: quod autem multo altius & praestantius est, & humana omni spe longe superius, cum ad quadriduanum Lazarum accessisset, non dixit: surge, nec sepulchrum manu contigit: sed quod adeo promtum erat, pro sua potestate his verbis excitat: *Lazare! veni foras!* est autem multo facilius, dicere, veni foras, quam manibus contingere, quemadmodum tangere facilius est, quam evocando dicere: *puella surge*: quae quidem omnia sanctum Dei verbum ideo molitum est, ut spem nobis resurrectionis offerret.

67) Verum si auctoritates omnes excerpere voluero, primum tenuis mens est nostra: deinde vereor, ne propter copiam longius oratio nostra proferatur, quam ob rem omnia hoc uno verbo complectar: brevem ac compendiariam esse salutis nostrae viam, ac prae caeteris in hac una resurrectionis, quae praedicata nobis est, fiducia collocata; sed fidem his abrogant infideles, corrumpunt haeretici, contumaces respuunt, vani homines

rejiciunt: Deus vero misericordiam omnibus impertiri velit, & obtectas caligine mentes illorum sua luce perfundat; etenim gentiles, ubi Spiritum sanctum acceperint, ab ipsa veritate ac superioribus omnibus hisce testimoniis refellentur. Sed a vobis inprimis sanctæ Dei Ecclesiæ ac fidei orthodoxæ filiis; docete itaque vos, qui præditi estis, & quibus concessa est facultas, cum os aperueritis, primum, quod discipuli esse Christi meruistis, ut pote Christi gregibus, i. e. commissis vobis populis alimenta spiritualia colligere studetis, ut tam vos ipsos, quam Dei pecora sedulo pascatis, & discipulis vestris, veritatem ob oculos proponite, & quantopere oberrent illi, qui idola venerantur, palam & libere prædicate: neque enim mortuos illos existimate, ut qui vitam nunquam habuerint, sed vana, inania, nec usquam existentia esse, perpetuo docete, cum nil aliud sint, quam mali dæmones, cogitationis humanæ commentum, quod voluptatum illecebris occasiones suppeditavit. Hinc adfectiones quisque suas divino cultu consecrare ausus est: ac primum quidem postquam dæmonum improbitate novum superstitionis genus invectum est, primum illud stupri genus voce ac sermone traditum est, ac rudi picturæ delineatione sunt expressa simulacra: *Idolorum origo.* deinde quam quisque exercebat artem, qua quotidianum sibi victum quæreret, colendam liberis suis obtulit; unde ex peculiari artis suæ materia singuli sibi Deos effinxerunt:

ituti figulus e luto, aurifex ex auro, & gentarius ex argento.

68) Ad hæc adfectionem unusquisque am ad eam imaginem, quam ob oculos bi propofuerat, defcripfit: itaque crudelis uispiam Deum effe Martem adferuit, Mœ- ius aliquis promifcuam Venerem, Tyran- us Victoriam pennis inftruxit, lucro & opi- us inhians Saturni effigiem edidit, effœmi- atus Cibelem & Rheam propter profluvium ud, quod in crebra corporum commiftione atet, vagus alter venatricem Dianam in- tuit, aut ebriofum Bacchum, aut laborio- m Herculem, qui promifcuam Venerem fe- abatur, Jovem & Apollinem. Quid autem ktinet infinitarum in hominibus adfectio- im recenfere copiam? Sed nationum om- ium errorem facile fuperarunt Ægyptii, qui on adfectiones modo fuas Deorum inftar enerati funt, fed & volucres ac quadrupe- es, item terreftria & in aquis degentia, & ras ac agreftes belluas, eaque demum aimantia, quæ fibi ad fervitutem a Deo tri- uta fuerant, divinis honoribus adfecerunt; ec eos vel canis latrantis puduit, vel ælu- , qui reptilibus pafcitur, vel hirci libidi- ofi, vel imbecillis oviculæ vel immaniffimi rocodili, vel tortuofi denique ferpentis. t ut paucis abfolvam, o incredibilem illo- im infamiam, qui ne obfervantem quidem culis reprehenfionem fuam animadvertunt, ec auribus hujus rei fenfum admittunt, nec uæ a fe tam abfurde geruntur, cogitatione

per-

percipiunt. Quo circa pessimo quodam fato velut icti sunt, neque a suis philosophis veritatis luce perfunduntur: nam Diagoræ illud non audiunt, qui cum ligneum quoddam suum Herculis simulacrum in focum lignorum penuria conjecisset, etiam dicterium illud adjecit: Age Hercules, decimum tertium hoc certamen confice: ades inquam, & cœnam nobis coquito: tum Herculem corripiens & assulatim comminuens cum ingenti numinis sui ludibrio, utpote qui omnino nusquam esset, & ob paratum illius ope prandium irridens epulatus est.

69) At Heraclitus Ægyptiis hunc in modum objicit: si Dii sunt, quos colitis, cur illos lugetis? nam illi Typhonem & Osirim, & alios sub terram depressos Deos lugubri carmine prosequentes tanquam sepultos lugere solent: quare sic illos arguebat Heraclitus: si Dii sunt, frustra lamentamini. Alius porro comicus Eudæmon nomine sic loquitur: siquidem Dii sunt, de his adserere non possum, & cujusmodi sunt, explicare vereor: sunt enim plura, quæ me prohibent; nam Homerus ait: multorum imperium damno. Et Philemon comicus: ad Deum unicum quicunque adorant, spem bonam & certam gerunt suæ salutis. Enimvero Apis ille baleis vescens vitulus a Chambyse Assyriorum Rege gladio in femore sauciatus est, ut ex profluente sanguine Deum non esse monstraret; jam qui Saturnum venerantur, Deum hunc suum ferreis catenis vin-

tum esse non negant: at qui in custodia
netur, non modo potentiori alicui sub-
ur, sed ob maleficium aliquod vinculis
rceri solet. Praeterea si de Iside, quae &
us, & Jo vocata est, sermonem institue-
Apidis nempe Cappadocis filia, qui &
hus dictus est, pudeat me forsan illius
a persequi. Erubescant igitur numinis
s adoratores, qui filias suas, uxores &
res ad Deorum suorum imitanda facinora
ortantur: etenim cum illa ipsa, quae Ty-
nis fratris amore flagravit, divinis adfi-
ur honoribus, ceteros germanos ac mu-
n amorem exstimulat: quid autem Dea
esse potest turpius, quae neque fraterni
ris infamiam sentit, neque aliorum vi-
um consuetudine contenta incastos cum
re concubitus affectat? Neque hoc tan-
, sed & fraternae necis exemplum ami-
mis propter inexhaustae libidinis adfinita-
demonstrat. Et illa quidem horum uni-
filium genuit, qui germanum suum pa-
n a nemine comperire potuit. Atque
sunt Deorum, qui ab Ægyptiis colun-
praemia, quos si singillatim enarrare
ero, plurimum temporis in ea re con-
am.

70) Graeci vero, qui praeclari sibi esse
ntur, cum verbis duntaxat, non factis
osophentur, turpius ceteris prolapsi sunt.
imis enim Saturnus a Coelo genitum fuisse
ant, ac parentis sui amputasse virilia; o
stum facinus! quasi vero nisi exsectus
foret,

foret, longe plures futuri essent Saturni, at ille strenuus ac fortis, qui patri tam insignem injuriam fecerat; priore hac impietate minime contentus, cum adhuc juvenis Patrem adeo læsisset, postea ætate profectior liberos suos Neptunum & Plutonem absorbsit, ac Jovem requirens, & illusus a Rhea saxum ingens fasciis obvolutum, utpote Deum pro infante devoravit: cujus porro filius ab his tam illustribus parentibus oriundus Jupiter omnium propemodum mulierum vir fuit, quemadmodum & Mercurius ipsius filius: utinam legitimas saltem eas uxores habuisset, non occultus adulter extitisset: Penelope quippe vitium obtulit, ac propter eam hircus est factus, quanquam hircum ob id adpellatum esse puto, quod generosus ille strenue cum mulieribus caput limaret: idem ut Danaë potiretur, in aurum mutatus est, quo pudicam ac thalamo conclusam vitiare posset: sed aurum esse non potuit: verum ut erat callidus, auro ac muneribus virginem corrupit. Ad hæc Ledæ amoribus irretitus in cygnum conversus est, ut hoc ipsum argumento sit, flagrantem illius libidinem velut pennis quibusdam fuisse subvectam. Neque vero aquila reipsa factus unquam advolasse credendus est masculæ auctor libidinis: sed nimirum nave quadam, cujus insigne propter celeritatem erat aquila, Trojam adpulsus Ganymedem Trojani regis filium rapuit atque corrupit: idem ad Pasiphaën & Europam in taurum mutatus accessit.

71) Quid

71) Quid hic egregii illius stupratoris infinita flagitia percenseam? cujus sepulchrum plerisque cognitum est, quod in insula Creta in monte Lasio ad hunc usque diem demonstrari solet. Ceterum non unus aut aliter Jupiter, sed tres vel quatuor numero fuerunt, quorum unus Saturnius est ille, de quo mentionem facimus, qui ad Caucasum montem patrem suum in profundum demersit: alter Latiaris dictus est, a quo gladiatores originem acceperant, tertius Tragoedus, qui manum combussit: quod si enim Deus erat, mordere ignem oblitus fuerit, neque illud praesenserat, quod hirco Satyro, qui primus ignem reperierat, ad osculandum accedenti ignis olim dixisse fertur, ne attigeris hirce, nam si tu contigeris, barbam tuam adures. Jam quod ad Minervam adtinet, ejusdem nominis complures enumerantur: nam alia vaga & ad Tridonitam paludem oberrans fuit: secunda Oceani filia, alia Saturni, ut ceteras omittam. Dianae praeterea plures etiam extiterunt, e quibus alia fuit Ephesia, Jovis altera filia, & aliae deinceps. Bacchus vero Thebanus alius fuit, alius Semeles filius, tertius Corybantum praeses, tum a Titanibus & Curetibus discerptus alius, cui viscerationis mysteria serviunt. Herculis vero, quem isti Aferuncum nominant, unicum praedicare illi solent. Igitur satis illi fuerit, ad humanae vitae repraesentandam salutem, ingentem suscepisse laborem; nisi enim eadem nocte centum constuprasset virgines, quonam pacto mundus servari potuisset?

set? Imo vero funditus esset extinctus; atque, ut uno verbo dicam, fateor, me in tam detestandis facinoribus persequendis esse defessum. Accedit ad superiora omnia, quod principes quidam, & immanissimi tyranni, quos in deliciis habuerant, cum mortuos sepelissent, neque quidquam iis amplius gratificari possent, pro inflammato in illos amore sua monimenta illorum, ac sepulchra apud subditos sibi populos pessimis de caussis in veneratione esse voluerunt; ex quo ingens in hominum vitam terror introductus est. Ad hunc modum Antinous in urbe sui nominis cum lusoriae navigio sepultus ab Adriano in Deorum numerum relatus est.

72). Sed objicere solent, egregium vero illum esse Deum, qui ubinam loci Adamus esset, velut ignarus interrogat: Adam ubi es? & Cainum alloquens: ubi est Abel frater tuus? & ad Abrahamum: ubi est Sara uxor tua? Aliaque praeterea commemorantes servatori Deo eidemque vero & universa praescienti ore ac verbis duntaxat, non ex animo ac veritate credunt. Atqui idem ipse non absimili in veteri testamento ratione nonnulla sciscitatur, cujusmodi illud est: ubi posuistis Lazarum? & quis me tetigit? Item quot habetis panes vobiscum, & quem quaeritis? Quam ob rem facilis est adversus illos ratio: nam ut filius, etsi praesciret, interrogavit, sic & Pater licet idem & immutabilis maneat in lege, percontatur? nam quod ita loquitur: ubi posuistis Lazarum? nec Evangelium,

lium, nec vetus testamentum ignorat. Ubi posuistis ipsum', inquit, ut sorores illas argueret, quæ ne æqualem quidem sunamitidi fidem præ se ferrent, quanquam illi cum homine duntaxat res esset, nempe cum Elisæo propheta, Martha vero ejus soror cum Deo ageret. Nam quod alias dixit: quis me tetigit? non hoc ex ignorantia dixit, sed ut ab ipsa muliere confessionem exprimeret, ne de se ipso testificaretur Dei filius sed aliorum testimonio commendaretur. Quod autem ad ista pertinet: habetis panes vobiscum? ideo percontatus est, ut quam exigua panis esset copia, & tanti prodigii magnitudo demonstraretur. Porro cum interrogat: quem quæris? Eos, qui quærebant, falsos esse significat, qui Jesum quærebant, cujus nomen Salvatorem significat, ut eo interfecto communicatam per illum ab eo salutem admitterent.

73) Quodsi opponere ista pergant, præclarum vero illum legis esse Deum, qui Ægyptiis injuriam fecerit, ac suos in illa ex Ægypto profectione prædari docuerit; nimirum isti homines inanissimi non vident, nihil apud Deum omnino perire, ac Justum ab eo judicium institui: nam quid in animo habebant Ægyptii, cum opera Judæorum gratis abuterentur, non brevi tempore sed annis 215, qui ad alios 215, qui ad Josephum fluxerunt, adjiciendi sunt? Cum enim 430. annorum peregrinatio Abrahamo ad stirpi

ſtirpi ejus eſſet indicta. Gen. 15, 13. Quod decretum fuerat, reipſa perfectum eſt; nam pro ſua benignitate Deus peregrinationis illius annos bifariam partitus eſt: quippe 215. priores annos ab illis in chananæa compleri voluit, reliquos 215. iis, qui in Ægypto habitabant, adtribuit: horum enim omnium annorum numerus ita ſubduci poteſt: Agebat tunc Abraham annum ætatis 75. a quo ad Iſaci natalem anni ſunt 25. Iſaacus autem abſoluto ſexageſimo anno genuit Jacob: colliguntur ergo ſimul anni 85. Jacob annos natus 89. genuit Levi: fiunt anni 174. Levi anno ætatis 44. genuit Cath. porro anno 47. Levi Jacob in Ægyptum deſcendit: conſurgunt ergo anni 211; quibus alii quatuor addendi ſunt, poſteaquam Ægyptum ingreſſi ſunt, ut 215. anni impleantur. Reſtant 215. illi poſteriores anni numerandi, quibus Iſraelitæ in Ægypto peregrinati ſunt. Cath igitur poſt illam in Ægyptum profectionem 65. ætatis anno patrem Moyſis Abrahamum genuit; Quare a priore Abrahamo ejusque 75. anno ad minorem Abrahamum ſumma colligitur annorum 280. Ex quo vero in Ægyptum pervenerunt, anni 65. Abrahamus 70. anno genuit Moyſen: ita fiunt a priore Abrahamo anni 350. ex quo vero Ægyptum ingreſſi ſunt, anni 185. Moyſes anno 30. ætatis ſuæ ex Ægypto profectus cum Iſraelitis mare rubrum pedibus ingreditur, conſurgunt a priore Abrahamo anni 380. ab ingreſſu in Ægyptum anni 465. Poſt trajectum mare

rubrum

rubrum in itinere posuerunt, donec Palæstinam adtingerent, non quod adeo longa esset via, sed ob frequentes, pugnas & molestias, quibus ab his nationibus, quæ in itinere obcurrebant, lacessiti sunt. Quocirca ab anno magni Abrahami 75. quo scilicet tempore responsum divinitus accepit, ad Moysen usque, & illud tempus, quo Israelitæ Palæstinam adierunt, numerantur anni 430. ex quo vero in Ægyptum sunt profecti, ad illum in Palæstina aduentum anni 215. Cum ergo tot annos sine ulla mercede Ægyptiis Israelitæ suam operam locassent, nonne Dei & hominum judicio æquissimum erat, ut sua illis merces saltem in Fine persolveretur? Quare non injustus est Deus, qui suos inde cum spoliis emisit. Quodsi quispiam non eam esse summam annorum existimet! Moysen audiat: Porro habitatio, inquit, filiorum Israel in chananæa & Ægypto annorum fuit 430. Cum igitur Dominus mercedis justissimæ curam gereret, quænam esse potest inanis illorum defensio, qui sanctissimum Deum vituperare non dubitant? Verum quippe Deum vituperare nemo poterit unquam, & qui id agere volunt, semetipsos potius vituperant. Rursus aliud quiddam adferre solent, & quidem absurdum: præclarum vero Deum, inquiunt, qui injuriam chananæis inflixit, ut illorum agros Israelis posteris adsignaret. Deut. 6. 11. Quibus illud opponendum est, si Deus homo esset, quæ hodie fiunt, utique præterirent: sed cum Deus non homo sit, verum Deus, quæ in seipsum

admittuntur crimina ad complures usque generationes, sine oblivione ulciscendo persequitur. Quod equidem si adhuc ignorant, discant modo, si lubet.

74) Notum illud opinor, omnibus est, justum Noemum velut mundi reliquias, diluvio superfuisse, qui cum una cum tribus filiis superstes fuisset, utpote justitiae cultor acerrimus, eandem in liberos probitatem transfundere cupiens, ne in easdem calamitates incurrerent, non verbis modo hanc illis religionem proposuit, sed & jurejurando fraternae benevolentiae cautionem a singulis extorsit: dum velut heres mundi totius institutus a Deo totum orbem terrarum in tres filios sortito distribuit, & unicuique sortem suam adsignavit. Inprimis Sem primogenito sors illa contigit, quae quidquid terrarum est a Perside & Bactris & India usque ad Rhinocurorum regionem situm est, complectitur: Rhinocurorum ager inter Ægyptum & Palaestinam ex adverso rubri maris jacet: Cham secundo loco natus quidquid a Rhinocoruris ad Gades in meridiem porrigitur, obtinuit: Japheth denique tertio loco nato cessit omne, quod a Media ad Gades & Rhinocorura ad septentiones obvertitur.

75) Post haec Sem liberos genuit, a quibus propagatum genus est, ad usque linguarum divisionem: secundum quam varias in linguas ac tribus & regna dispersi sunt: quo-

rum

rum ista sunt nomina: Elimæi, Pœones, Lazi, Cossesai, Gaspheni, Palæstini, Indi, Syri, Arabes, Cajani, Ariani, Masæsuli, Hyrcani, Magusæi, Troglodita, Assyrii, Carmani, Lydi, Mesopotamitæ, Hebræi, Cœleni, Bactriani, Adiabeni, Camelii, Saraceni, Scythæ, Chiones, Gymnosophistæ, Chaldæi, Parthi, Enotæ, Cordyleni, Massenii, Phœnices, Madiænæi, Comageni, Dardanii, Elamaseni, Gedrosii, Elamitæ, Armenii, Cilices, Ægyptii, Cappadoces, Phœnices, Pontici, Marmaridæ, Biones, Cares, Chalybes, Psyllitæ, Mossynæci, Iberi, Phryges. Alter e Noëmi liberis Cham filios ac nepotes 32. ad eandem linguarum divisionem genuit; a quibus orti sunt Æthiopes, Troglodytæ, Aggæi, Gangeni, Sabeni, Ichthyophagi, Hellanici, Ægyptii, Phœnices, Marmaridæ, Cares, Psyillitæ, Mossynæci, Macedones, Craeones, Syrtitæ, Leptitæ, Magnetæ, Bethyni, Nomades, Lycii, Mariandeni, Pamphylii, Moschesidii, Pisideni, Augalæi, Cilices, Maurusii, Cretes, Magardæ, Numidæ, Aphri, Byzaceni, Nasamones, Phasgini, Mazices, Garami, Getuli, Blemmyes, Auxomitæ. Horum sedes ab Ægypto usque ad Oceanum. Insulæ vero, quas occuparunt, Curcudalopadusa, Gaulos, Ride, Melita, Corcyra, Mene, Sardane, Gortyna, Crete, Glaucus, Thera, Arianus, Astypalæa, Chios, Lesbus, Tenedus, Imbrus, Jasus, Samus, Co, Cnide, Nisurus, Megista & Cyprus. Ceterum Japhet tertio Noemi filio, filii ac nepo-

tes orti funt quindecim, usque ad eandem linguarum divifionem; a quibus orti funt Medi, Gargani, Armenii, Arrhei, Amazones, Colli, Corzeni, Beneageni, Galatæ, Capadoces, Paphlagones, Mariandeni, Tibareni, Chalybes, Moffynœci, Colchi, Melanchlæni, Sarmatæ, Mæotæ, Scythæ, Tauri, Thraces, Baftarni, Illyrii, Macedones, Græci, Lybes, Phryges, Pannonii, Vefteri, Venni, Daunii, Japyges, Calabri, Hippici, Latini, qui & Romani, & Tyrrheni, Galli, qui & Cettæ, Lybifteni, Campani, Celtiberi, Aquitani, Illyriani, Bafantes, Samii, Carpetani, Lufitani, Vaccæi, Britanni, Scoti, Hifpani. Infulæ vero ipforum Britannia, Sicilia, Eubæa, Rhodus, Chios, Lesbos, Cythera, Zacynthus, Cephalenia, Ithaca, Corcyra, Cyprys. In his omnibus enumerandis fi cujuspiam gentis aut infulæ nomen bis in unius & alterius forte commemoratum eft: five id ex eo factum eft, quod communi utriusque limite contineretur; five propagatis identidem coloniis tribuendum eft: five injufta Cham ufurpatione factum eft; qui fratri Sem injuriam faciens de illius forte non nihil occupavit; nemo propterea mirari aut hæfitare debet.

76) Cum igitur nationes illæ omnes a tribus Noemi filius hunc in modum propogatæ fuiffent, ac mundus in tres filios trifariam diftributus, jusjurandum, uti dixi, pater a fingulis exegit: neminem in fortem

fra-

tris invasurum esse: Qui jurisjurandi fi-
n violasset, uti cum tota sua stirpe miser-
ie interiret. Quocirca cum in Semi sor-
a Palæstina cessisset cum adjacentibus re-
nibus, Chanaan filius Cham alieni cupi-
s & injurius eam, quæ postea Palæstina
ta est, hoc est, Judæam invadit, ac per
n eripit: Deus interim patienter dissimula-
, ac pœnitentiæ tempus indulgebat, ut Cha-
posteritas resipisceret, Semique filiis pos-
ionem suam restitueret. At illi tantum
ft, ut pœnitentia ducerentur, ut mo-
n mensuramque scelerum suorum implere
lent. Tum igitur justissimus Deus multis
erationibus evolutis violatam jurisjuran-
religionem ultus est; ita quippe *Amorr-
rum fuit implenda mensura.* Gen. 15, 16.
nim Sem genuit Arphaxad, Cham genuit
naam. Chanaam post alienæ sortis occu-
ionem genuit Amorrhæum, Gergesæum,
resеum, Evæum, Arucæum, Aradium
Sidonium. Hunc in modum generationes
ensentur ad Semi usque vindictam. Sem,
injuriam acceperat, genuit Arphaxad,
haxad Cainan, Cainan Salam, Sala Heber,
quo turris est extructa. Heber genuit
ilec; cujus tempore terræ ac linguarum
a est divisio. Phalec genuit Rhagau,
gau Seruch, Seruch Nachor, Nachor
rram, Tharra Abraam, Abraam Isaac,
ic Jacob, qui cognominatus est Israel, a
Israelitæ, Jacob Judam, Judas Phares,
ares Esron, Esron Aram, Aram Ami-
lab, Aminadab Naason & Salmon. Ha-

 ctenus

ctenus Semi genealogia. Hos itaque posteri Cham cum per injuriam oppressissent, eorumque possessionem intervertissent, Deus tandem illos vindicavit, ac Chananæos ex concepta jurisjurandi formula funditus extinxit. Ita Semi progenies in proprias sedes postliminio restituitur. Quapropter nullam cuiquam Deus injuriam facit, qui utrique parti, quod merebatur, adtribuit: *Non enim Deus irridetur.* Gal. 6, 7.

77) Cæterum sub Israelitarum exitum cum Synagogam Deus sibi despondere vellet, ita Moysen alloquitur: *Solve calceamenta e pedibus tuis.* Exod. 3, 5. Sic enim qui purum ad lavacrum accedit, primum calceamenta deponit. Verum longo interjecto temporis spatio, cum a via sua unusquisque nostrum aberrasset, ac Synagoga ipsa suis in malis obsolesceret, nondum tamen Deus lavacrum regenerationis ostenderat. Sed cum plures jam annos distulisset, postmodum sanctæ suæ Ecclesiæ sacram illam lotionem aperuit. Ac primum in Moyse calceamenta solvit. Tum in Prophetis exteriorem tunicam exuit; cum Hieremiæ nihil præter campestre reliquit. In Joanne porro omnia mundi vestimenta rejiciens, cilicio e Cameli pilis induit. Postremo in ipso salvatore ipsiusque discipulis mundi cultum omnem habitumque deposuit, ac post aquarum expiationem ignis & Spiritus vestibus cœlitus obvolvit. Israelitæ vero, cum singularem illius gratiam viderent, eundem Deum esse, mini-

minime cognoverunt. Ob id Moyses Propheta non sine acri illorum objurgatione, quam Salvatori impofituri erant, ignominiam deplorat his verbis: *Hæccine reddis Domino, popule stulte & insipiens?* Deut. 32, 6. Non enim intellexerunt ab æterno illum extitisse, quo cum Pater ille deliberavit: *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem nostram, & similitudinem.* Hoc enim verbum, *faciamus*, non unum ac singularem significat. Proinde Pater cum Filio ac Spiritu S. consultabat; *Verbo* quippe *Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Ps. 32, 6. Sed nec illud intellexerunt, quod in eodem libro scriptum est: *Pluit ignem Dominus*, (is nimirum qui ab Abraamum diverterat): a Domino de cœlo, ab eo videlicet, qui sese miserat. Nec illum fuisse cognorunt, qui se ab Ægypto liberarat. Nec Prophetæ vocem illam intellexerunt: *Et tu Bethleem nequaquam minima es.* Mich. 5, 2. Nam qui tandem minima illa dici potest, quæ illum ceperit, qui cœlo terraque comprehendi non potest? Item: *ex te exiet Dux.* Quis est autem ille, qui Bethleemo egreditur? Homo est. Deus vero cur dicitur?

78) Hoc enim illi perturbantur, quod Deus idem & homo sit. Nam in eodem *exitus illius sunt a principio a procreatione mundi.* Quod quidem non jam ad hominem, sed ad Deum refertur: Neque vero istius oraculi recordantur: *Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel.* Quod ver-

bum, *vocabunt*, piorum ac fidelium Ecclesiæ filiorum morem significat. Nam illi Judæis Christi Domini interfectoribus de Salvatore sciscitantibus: cur in eum, qui cruci suffixus est, credere sese profiteantur, ita respondent: ille, ipse, qui apud vos in crucem actus est, *nobiscum Deus est*. Præterea neque Davidem audiunt, nec timorem illius intelligunt, quem in illo per Spiritum oblato viso testatus est: *Dixit*, inquit, *Dominus Domino meo, sede a dextris meis*. Ergo vetera illa Sabbata præterierunt, pro quibus vero a nobis prædicatur Sabbatum. Item prior illa sublata & antiquata circumcisio est, quæ unam & perexiguam partem corporis amputabat: nunc vero cœlestis illa circumcisio, quæ ad totum corpus pertinet, longe est efficacissima. Siquidem aquæ cum invocatione sancta non unum duntaxat membrum hominis occupant, sed integrum corpus repurgant, circumcidunt, & a malis omnibus exsolvunt. Ejusmodi mysteria sacrosanctæ Dei Ecclesiæ tradita sunt. Verum adversus illam atrocissimi quidam hostes excitati sunt, qui domestici nominantur; cum ad Apostolorum Domini veram sinceramque fidem nullo modo pertineant. Si enim *ex illis essent, cum illis utique permansissent*. Jo. 2, 29. Sed nimirum spurii quidam ac promiscui generis Ægyptiorum iterum piscium ac cucumerum adorandorum præpostera cupiditate tenentur, ac Dei filium infinitis passim contumeliis onerant. Tales sunt Ariomanitæ, quos in superioribus libris proscripsimus. Tales sunt

&

te Sabellii; qui quidem filium ac Spiritum sanctum prorsus e medio tollunt. Afferunt enim, filium ipsum esse Patrem, & Patrem ipsum esse Filium, & Spiritum sanctum ipsum esse Patrem: nusquam ut sit filius ac Spiritus sanctus: Judaei quidam alteri ac Domini parricidae. Sed Ariomanitae ceteros omnes impietate superant, qui filium a Patre substantia dividere, & abalienare nihil veriti, aequalem Patri Filium esse, diffitentur; nec eum putant, e Patris esse substantia genitum. Alii sunt illorum velut posteri, qui ante hoc tempus emersi in caeterorum numero comprehensi sunt; quos utinam inter Judaeos saltem recensere fas esset! Nam Spiritum sanctum contumeliis aspergunt: alteri quidam Sadducaei aut Samaritae, obscuri mortui & infideles.

79) Verum ne ad illos convincendos authoritates ac testimonia longius, quam par est, scriptis atque atramento prosequar, ne ad lectoribus fastidium adferat: adversus Sabellianos quidem inter alia testimonia satis erit illud, quod ad Jordanem est editum, ut antea dixi. Quippe filius vere ad Jordanem accessit: Deus homo factus, sine ulla tamen mutatione sui, sed carne duntaxat adsumta: cum nullo plane virili satu genitum, sed susceptum e Maria Virgine integrum corpus induerit, hoc est, hominem e corpore animaque perfectum. Quare Deus idem & homo, unus, inquam & idem filius ac Christus & Dominus Joanni sese ad Jordanem obtulit.

Pater

Pater vero cœlitus exclamans de filio, qui ad Jordanem erat, hac voce testificatur: *Hic est filius meus dilectus.* Spiritus denique sanctus in eundem, cùm ad aquas descendisset, columbæ specie delapsus est, uti puros illos latices in eorum gratiam efficeret, qui in Patris, Filii & Spiritus sancti nomine tingendi essent initiandi. Quod ad Arianos spectat, hoc adversus eos satis esse potest, quod ipsemet Filius dixit: *Ego in Patre, & Pater in me est.* Jo. 14, 10. Quibus verbis æqualem esse Patri Filium ac legitimum demonstrat. Nam adversus Arianorum posteros, qui Spiritus sancti dignitati contumeliose detrahunt, duo illa testimonia sufficere possunt, quæ post alia subjecimus. Quorum alterum e Daniele depromtum est hujusmodi: Sidrach, Misac & Abdenago Deum in succensa illa fornace collaudantes, conditas ab eo res omnes secum ad prædicandum his verbis invitant: *Benedicite omnia opera Domini Domino.* Tum cœlestes orbes, angelos, lunam, solem, virtutes, terram, mare, ac quidquid eâ continent, singillatim enumerant. Filium vero ac Spiritum sanctum res inter creatas nuspiam referunt. Præterea Seraphim Trinitatem æqualiter celebrant, ac non semel, neque bis, neque quater, sed ter omnino *sanctus* pronunciant.

80) Accedat ad illos refutandos Petri insuper auctoritas, qui Ananiam & Saphiram objurgans: *Tentastis*, inquit, *Spiritum sanctum.* Actor. 5. Tum subjicit: *Non mentiti*

i *eſtis homini, ſed Deo.* Nam Apoſtolus, ut
pe monuimus, Spiritum ſanctum a Patre
n alienum eſſe cenſet, cum eum adſerit,
i profunda ſcrutari. Nam quod e ſubſtan-
i Dei non eſt, ejus *profunda ſcrutari* non
teſt. Nos igitur Patrem profitemur eſſe
trem, Filium eſſe Filium, Spiritum ſan-
um denique eſſe Spiritum ſanctum, hoc eſt
initatem in unitate eſſe poſitam; ſingula-
i quippe Patris, ac Filii & Spiritus ſancti
itas eſt, una ſubſtantia, dominatus unus,
a voluntas, una Eccleſia: *Baptismus unus*,
a *fides.* Proindeque deſinant iſti ſanctam
riſti virginem ac caſtiſſimam obpugnare
onſam, matrem, inquam, noſtram Eccleſiam,
jus filii a ſanctiſſimis ſuis patribus, hoc
, Apoſtolis, cum cuſtodiendam fidem tum
is quoque liberis tradendam ac prædican-
m acceperunt. Quorum e filiorum nume-
, date operam, ut ſitis, fratres chariſſi-
i, eandemque doctrinam in liberos veſtros
unsfundite. Hæc non filiis veſtris præci-
re duntaxat, ut credant, oportet: ſed &
hc illis formulam, quam communis om-
um noſtrum parens amplectitur, expreſſe
erteque proponere. Quoniam enim ætate
ſtra aliæ poſt alias hæreſes emerſerunt,
hoc usque tempus, orthodoxi omnes
iſcopi, &, ut uno verbo dicam, tota Ec-
ſia catholica adverſus prodeuntes identi-
m hæreſes, iis, qui baptismo initiandi
it, præcipit, ut hoc modo profiteantur,
dicant:

Credi-

Professio fidei catholicæ.

Credimus in unum Deum Patrem o potentem, omnium invisibilium visibili que factorem, & in unum Dominum Je Christum, Filium Dei genitum a Patre, genitum hoc est, e Patris substantia: D de Deo, lumen de lumine, Deum verun Deo vero: genitum, non factum, con stantialem Patri: per quem omnia facta s tam quæ cœlis, quamque terra contine visibilia & invisibilia. Qui propter nos mines & propter nostram salutem descen & incarnatus est, hoc est, e Maria semper gine de Spiritu sancto perfecte genitus; homo factus est, hoc est, perfectum ads sit hominem, animam, corpus, ment & quidquid aliud homo est, excepto pe to, non e virili satu, nec ita, ut in hon duntaxat inesset, sed in se ipsum effictan lam carnem transtulit, & in unam ac s ctam singularitatem conjunxit. Non ad e modum, quo Prophetis aspiravit, & in i locutus est, effecitque quidpiam, sed hc perfectus esse voluit: *Verbum quippe caro ctum est*, neque aut mutationem ullam expertum, aut divinitatem suam in natu convertit hominis: sed in unam sanctam p fectionem divinitatemque copulavit. U est enim Dominus Jesus Christus, non d Idem Deus, idem Dominus, idemque R Qui passus est in carne & resurrexit, & lum cum eodem corpore conscendit, & dextram Patris gloriose consedit. Et c eodem corpore venturus est cum gloria ju care vivos & mortuos, cujus regni non

fi

finis. Credimus & in Spiritum sanctum, qui locutus est in lege, & per Prophetas prædicavit, ad Jordanem descendit, in Apostolis locutus est, & in sanctis habitat. Ita porro nos in ipsum credimus: Spiritum esse sanctum Dei Spiritum, Spiritum perfectum, Spiritum paracletum, increatum, a Patre procedentem, accipientem a Filio, in quem credimus. Præterea credimus in unam catholicam & apostolicam Ecclesiam, & in unum pœnitentiæ baptismum, & in resurrectionem mortuorum, ac justum animarum corporumque judicium, & in regnum cœlorum, vitamque æternam. Eos vero, qui dicunt, fuisse aliquando, cum non esset filius aut Spiritus sanctus, aut e nihilo esse factum, vel ex altera hypostasi aut substantia: quique conversioni aut mutationi obnoxium esse dicunt, Dei Filium aut Spiritum sanctum; hos omnes anathemate damnat catholica & apostolica Ecclesia communis omnium nostrum mater. Condemnamus etiam illos, qui mortuorum resurrectionem minime confitentur, nec non & hæreses omnes, quæ huic sanctæ fidei sunt minime consentaneæ. Postremo vos omnes ac cæteros filios nostros ejusmodi fide præditos fideique mandata servantes pro nobis perpetuo Deum precaturos confidimus, ut in eadem fide & in mandatorum illius sorte partem aliquam habeamus.



SAN-



SANCTI EPIPHANII
DE
PONDERIBUS ET MENSURIS LIBER.

MONITUM.

In tractatu de ponderibus & mensuris, postquam S. Epiphanius exhibuit explicatio nem variarum notarum, quae in bibliis graecis obcurrebant, ponderum, mensurarum & monetae Judaeorum aliarumque gentium notitiam tradit. Item enumerationem exhibe librorum Canonicorum Veteris Testament congruentem cum Judaeorum Canone, qu connumerantur libri Ruth & Estherae, & scribit historiam versionum graecarum contextu biblici; contendit, septuaginta viros interpretatos esse omnes Bibliorum libros in domunculis separatim conclusos visionem illan confecisse, & ex consonantia Spiritus sancti quo adflati erant, concorditer interpretato fuisse, & inter se nulla in re dissensisse. Opus hoc eruditione multa plenum est.

ANALYSIS.

Sententiae Propheticae. 1) Siquis est forte, qui hoc intelligere velit, quod in sacris literis usitatissimun est, mensurarum videlicet ac ponderum ratio

tionem, hunc commentarium percurrere, ne gravetur. Atque illud inprimis ſtudioſus quisque cognoſcere debet, quot ſint in Prophetarum ſcriptis orationum genera. Nam in decem ſententiarum ſpecies prophetici libri dividuntur; quæ ſunt hujusmodi: Doctrina, contemplatio, cohortatio, minæ, commiſeratio, lamentatio, preces, hiſtorica narratio, prædictio. Ad easdem prophetias adjuncta ſunt hæc ſigna: γ, prioris populi repudiationem ſignificat, V legis carnis abjectionem; V ad novum teſtamentum pertinet, ϵ ad vocationem gentium, ✛ ad Chriſtum refertur, ξ prioris populi promiſſis adhibetur, ζ quod in ſacris literis obſcurum ac difficile eſt, exprimit. V. futurorum præſcientiam.

2) Sed cum nonnulli ſacras literas accentibus diſtinxerint, de iis ſic habeto. Acutus eſt ejusmodi´. Aſper'. Gravis`. Tenuis! Circumflexus˜. Apoſtrophe', Longa—. Hyphen ‿. Brevis ᴗ. Hypodiaſtole,. Atque ut de ceteris quoque generibus diſputetur, primus occurrit Aſteriſcus, hujus hæc eſt forma ⁜ Is ad quamcunque vocem adponitur, eam in hebræo contineri, & ab Aquila & Symmacho expreſſam, raro etiam a Theodotione ſignificat: eandem vero a 70. interpretibus ſine interpretatione prætermiſſam; quod in illis ipſis locis eædem voces bis ac ſupervacue repetantur. Quod quidem paucis modo declaran-

Accentus. *Aſteriſcus ejusque vis.*

clarandum eſt, ut ex hoc uno cætera cognoſcas. Sub initium Geneſis hebraice iſta leguntur: *Ovæ ei Adam ſaloſim ſameothſana.* Gen. 5, 5. Quod ita poſſumus interpretari, ut & Aquila reddit: *Et vixit Adam triginta annis, & nongentis annis.* At 70. interpretes ab Hebræis oriundi, & a teneris unguiculis hebraicis literis imo & græcis apprime perpoliti, non ſolum hebraice conceptas ſacras literas græco ſermone reddiderunt: verum etiam in iis vocibus, quæ in hebræo repetitæ ac geminatæ ſunt, perſpicuitatis rationem habendam putarunt. Quare cum bis annorum nomen inculcatum illo loco ſit, ſemel duntaxat adſcribentes, inconditum neſcio quem ſonum ſtridoremque mollierunt. Sic enim verterunt: *Vixit autem Adam triginta & nongentos annos.* Ita neque quidquam orationis integritati detraxerunt, & eam nihilominus apertiorem clarioremque reddiderunt. Quod in hebræo tanta exprimi brevitate nequit, qualem 70. præſtiterunt. *Vixit Adam triginta & nongentos annos.* Sed nec in Græco; quemadmodum Aquila ſuperficietenus interpretatur: *Vixit Adam nongentos annos, & triginta annos.* Vides enim, opinor, quisquis es ſtudioſus, quam inſulſam ac rudem orationem conceperit, dum ſuperſtitioſa diligentia idem repetere vocabulum maluit, quam lectionis perſpicuitati ac facilitati conſulere, atque iſtud ipſum apud 72. interpretes deſiderari nonnulli ſentiunt; quod apud Aquilam & Symmachum, ac in cæteris editionibus.

SANCTI



SANCTI EPIPHANII

EPISCOPI CYPRI DE PROPHETARUM VITA ET SEPULTURA.

MONITUM.

Librum de Prophetarum vita & interitu Dominus Dupin adfictitia & sancto Epiphanio indigna opera rejicit; fragmentum vero de septuaginta duobus Prophetis Cotelerius in Libro Constitutionum apostolicarum genuinum esse, existimat.

NATHAN

PROPHETÆ VITA ET SEPULTURÆ LOCUS.

Nathan Propheta Davidis temporibus extitit, e tribu Thoc. Ortus est ex oppido Gabath atque hic ille est, qui Davidem legem Domini perdocuit, quem & in Bersabee peccasse cognovit. Sed cum ad prohibendum Davidis flagitium e Gabath Hierosolymam properaret, obstitit Belial: mortuum enim nudum in via jacentem reperit, cujus illic sepeliendi gratia constitit, ne a feris laniaretur. Eadem porro nocte Nathan comperit, Davidem crimen illud perpetrasse, ob id mœrens Gabatham revertitur. Posteaquam vero David Uriam Betsabeæ virum interfecit, missus a Deo Nathan ob admis-

ſum facinus illum redarguit: tunc David hunc in modum caſtigatus Dominum timuit, intellexitque, Nathanem ſpiritu eſſe ſancto præditum, atque eidem propterea tanquam Dei Sancto venerationem adhibuit. Propheta vero extrema in ſenectute mortuus Gabathæ in Patria ſua ſepultus eſt.

AGIÆ

PROPHETÆ VITA ET SEPULTURÆ LOCUS.

Agias Serolites e Seron oriundus de tribu Juda, ubi quondam arcæ tabernaculum fuit, ex Arimathe, Eli ſacerdotis oppido. Hic Salomonem Davidis filium Deum offenſurum eſſe, prædixit; qui & Jeroboam arguens, ſignificavit, eum, poſtquam regno potitus eſſet, fraudulenter cum Deo ambulaturum eſſe: oblatum enim illi per viſum eſt par boum, quod populum proculcaret, & in ſacerdotes irrueret. Idem quoque Salomoni prædixit, fore, ut ipſum a Domino mulieres abſtraherent. Mortuus demum Agias ad quercum illam ſepelitur, quæ in Sœlum hodieque conſpicitur.

JOAM

PROPHETÆ VITA ET SEPULTURÆ LOCUS.

Joam Propheta Samariæ natus ille eſt ipſe, qui in via a leone percuſſus obiit, quando Jeroboam propter aureas ab eo fabricatas bucu-

bucculas redarguit, ejusque sacrificia detestatus est. Et extendit manum Jeroboam, ut malo illum adficeret, sed ei manus aruit. Post hæc a Pseudopropheta deceptus pane vesci, & aquam bibere coactus est; egredientem deinde leo cæcidit, neque illius asinam læsit: sepultusque est in Bethel prope Pseudoprophetam: postea vero moriens Pseudopropheta a sacerdotibus jusjurandum exegit: Vos me, inquit, prope Joam humi mandabitis, quoniam ego illum decepi, & in resurrectione pœnæ a nobis exigentur.

AZARIÆ
PROPHETÆ VITA ET SEPULTURÆ LOCUS.

Azarias Propheta e Sympatha ortus ille est ipse, qui precibus suis captivos e tribu Juda Jerosolymam reduxit. Idem etiam de adventu Domini multa vaticinatus est, & in patria sua decessit.

ELIÆ
PROPHETÆ VITA ET LOCUS, UBI NUNC VERSATUR.

Elias Propheta Tesbis oriundus Arabiæ oppido, ex tribu Aaronis, Levita in Galaatidano agro domicilium habuit. Porro, quo tempore mater illum peperit, Sobaco Patri certi homines candidati per visum oblati sunt, qui cum infantem salutassent, eundem

igne pro fasciis obvolverunt, & flammam baculi loco præbuerunt: quod cum ille Jerosolymam profectus sacerdotibus renunciasset, oraculum istud accepit: Ne timeas, erit enim in luce pueri domicilium, ejusqua sermo decretum, & judicabit Israëlem in gladio & igni. Hic est Elias, qui tertio ignem e cœlo demisit, qui lingua sua pluviam portavit, mortuos ad vitam excitavit, & in cœlum igneo turbine subvectus est.

ELISÆI
PROPHETÆ VITA AC SEPULTURA.

Elisæus Propheta Abelmuthæ, quod Rubenicæ tribus oppidum est, oriundus, cum in lucem ederetur, ejusmodi prodigium accidit: Bos enim aurea, quæ in Galgalis aut in Silo erat, tam acuta & sonora voce mugiit, ut ea Hierosolymis exaudita sit. Tunc sacerdos pectoralis lapidibus consultis: hinc ait, hodie natum Prophetam esse, perspicuumest, qui sculptilia diruet. Cæterum infinita per Elisæum miracula Deus edidit: qui post obitum in Samaria Sebastopoli sepelitur. De adventu Domini idem ille vaticinatus est, & sterilibus ac salsis Ierichuntis aquis salubritatem his verbis adtulit: Hæc dicit Dominus; sanavi aquas istas. Et sanatæ sunt ad hodiernum usque diem. Præterea mortuos in lucem restituit: Naaman Syrum a lepra purgavit, quam in Giezi servum suum transtulit. Mortuus denique mortuo vitam reddidit.

ESAIÆ

ESAIÆ
PROPHETÆ VITA ET SEPULTURA.

Esaias Propheta filius Amos, patria Hierosolymitanus, e tribu Juda, ab Amanasse rege Juda interfectus, & in duas partes sectus, sub Rogelis quercu sepultus est ad aquarum transitum, quas imposito aggere Ezechias obstruxerat. Deus autem Siloam fontem in Prophetæ gratiam produxit, quod is sub mortem deficiente jam anima precibus aquam ad bibendum postulasset, quæ subinde est emissa. Quam ob caussam Siloam, hoc est, missus, fons ille nominatus est, quin etiam sub Ezechia rege, antequam hic cisternas & piscinas fabricasset, orante Esaia Propheta paululum aquæ prorupit, cum populus ab alienigenis obsideretur, ne aquæ inopia civitas interiret. Etenim hostes, undenam judæi biberent, sciscitabantur, neque enim sciebant, & circumsessa urbe ad Siloam excubabant. Igitur cum Judæi ad hauriendum accederent, attollebat se unda, & ad aquandum copiam sui præbebat. Alienigenæ vero subducente illa aqua sese, eam reperire non poterant; quare hoc etiam tempore demonstrandi divini mysterii caussa repente ille latex erumpere solet; & quoniam per Esaiam beneficium illud impetratum est, memores loci ilius accolæ, summo illum cum honore sepelierunt, ut ejusdem precibus perpetuum aquarum illarum usum obtinerent. De hoc enim editum est ipsis oraculum. Est autem Esaiæ sepulchrum Regum

sepulchris propinquum, post sepulchra Sacerdotum ad meridiem; quippe Salomon in aedificandis Jerosolymis Regum sepulchris ex Davidis descriptione condidit; qui locus ad Sionis ortum alterum habet a Gabaoth, viginti stadiis ab urbe distans. Porro aditus ille sic exstructus est, ut in obliquos recessus sinuatus animadverti nequeat: unde hodie minime a plerisque cognoscitur.

VITA JEREMIÆ PROPHETÆ ET SEPULTURÆ LOCUS.

Jeremiae Prophetae patria fuit Anathoth, ipse autem Daphnis Ægypti urbe a populo lapidibus oppressus interiit. Situs est in eo loco ubi Pharao quondam domicilium habuit; nam Ægyptii ob acceptum ab illo beneficium summum ei honorem habuerunt. Cum enim aspides & aquatiles bestiae, quas Ægyptii *Nephoth*, Graeci *Crocotillos* vocant, exitium illis inferrent, orante Jeremia Propheta tam aspidum in terra furor, quam in fluvio belluarum insidiae compressae sunt. Unde ad hoc usque tempus fideles, qui illic sunt, omnes orare in eodem loco solent, sumtoque pulvere morsibus aspidum medentur, & Crocotillos fugant. Idem vero Propheta sacerdotibus Ægyptiis signum dedit, omnia illorum esse quatienda simulacra; cum virgo puerpeta divino cum infante pedem in Ægyptum posuisset. Nec vana fuit praedictio; ob id puerperam Virginem hodieque venerantur, & infantem in praesepi jacentem adorant. Cujus rei caus-

sam

ſam ſciſcitanti Ptolomæo Regi reſponderunt: myſterium illud eſt, quod a majoribus accepimus, & a ſancto Propheta eſt illis editum, cujus nos præſtolamur exitum. Hic ille præterea ante excidium templi legis arcam, quæque in ea continebantur, eripuit, atque in ſaxum abſorpta condidit. Tunc adſtantibus populis, ſacerdotibus ac ſenioribus dixit: Dominus e Sina in cœlum abiit, indeque cum ſancta virtute revertetur, atque hoc ſignum adventus illius erit; cum videlicet lignum gentes omnes adorabunt. His dictis digito ſuo Dei nomen imprimens lapidem obſignat, eaque figura perinde ac ſi cœlata ferro eſſet, inhæſit; ac tum nubes ſaxum illud obduxit: neque quisquam aut illum locum novit, aut ad hanc diem legere potuit, neque ad mundi finem unquam poterit. Et illud ſaxum in ea ſolitudine ſitum, ubi arca primum extitit, inter illos montes, in quibus Aaron ac Moyſes jacent. Noctu vero nubes loco illi inſtar ignis incumbit ad eorum ſimilitudinem, quæ priſcis temporibus acciderunt, ut illud ſignificetur, Dei gloriam nunquam a lege ſua receſſuram.

VITA EZECHIELIS PROPHETÆ ET QUO IN LOCO SEPULTUS SIT.

Ezechiel Propheta filius Buzi ex agro Sarenano pontificia ſtirpe oriundus ac tribu levitica, in Chaldæa captivitatis tempore mortuus eſt, cum multa de converſione populi,

 deque

deque Israelitarum reditu ac Domini adventu prædixisset. Occisus est Babylone a Duce populi in ea statione, cui præerat, cum ipsum Propheta de idolorum cultu redargueret. Sepultus deinde in agro Mauri in monumento Sem & Arphaxad majorum Abraham, & hodieque sepulchrum illius visitur in spelunca duplici; ideo vero spelunca duplex adpellatur, quod excavatum sit, atque ex planitie reconditum. Cella est a terra in saxo suspensa. Cæterum idem ille Propheta populis signum edidit, & Chobarem fluvium observari jussit. Cum enim is defecisset, tunc sperandum, fore, ut desolationis falx ad extrema terræ pervaderet, cumque illius exultasset aqua, reditum ipsorum ad Hierosolymorum urbem eo signo portendi. Quod ita, ut prædixerat, evenit. Jacet autem vir sanctus in Syrorum regione, & multi ad ejus sepulchrum orationis caussa confluere solent; cumque frequens Judæorum ad ipsius memoriam concursus esset aliquando factus, veriti Chaldæi, ne contra se consurgerent, impressionem in eos facere, & interficere decreverunt; at Prophetæ beneficio fluminis aqua constitit, ut Israelitæ ulteriorem in ripam transmittentes evaderent: ex hostibus vero, qui fugientem populum ausi sunt persequi, ponè ipsum demersi sunt. Ad hæc Propheta sponte susceptis precibus uberrimam piscium copiam suppeditatis fame jam confectos aluit, ac deficientibus plerisque a Deo vitam impetravit. Idem cum populus ab hostibus opprimeretur, horum ducibus occurrit, ac pro-

prodigiis perterritos desistere coëgit. Praeterea ex eadem Chaldaeorum regione raptus est Propheta Hierosolymam ad conficiendos incredulos. Postremo idem Babylone Daniticam & Gaditicam tribum damnavit, quod in Dominum scelus committerent, dum eos, qui legi crederent, hostiliter insequerentur, & horrendo illos prodigio perculit, nam serpentes eorum infantes ac jumenta omnia devorabant. Adjecit praeterea Propheta, propter ipsos populum Hierosolymam reversurum non esse, sed in Media mansurum, donec eorum errori finis esset impositus.

VITA DANIELIS

PROPHETÆ AC SEPULTURÆ LOCUS.

Daniel Propheta de tribu Juda ex eo genere duxit originem, quod in palatinis officiis principem locum obtinebat. Hic adhuc infans Babylonem e Judaea transportatus est. Natus est in Bethabora superiore haud procul Jerosolymis. Usque eo vero temperans fuit, ut Judaeis spado esse videretur. Idem Jerosolymam plurimum luxit, & in jejuniis perseverans ab omnibus ciborum deliciis abstinuit. Corporis illi habitudo sicca & strigosa fuit, sed Dei beneficio forma illi ac venustas accedebat. Pro Nabuchodonosore quidem ne funditus periret, vehementer oravit, quando in bestiam conversus est. Tunc enim anteriora illius cum capite bovis erant similia, posteriora vero cum pedibus leonis; ejusmodi quippe sunt Principum in juventute mores,

res, ut quasi boves excusso jugo ad Belial pertineant, voluptatum libidinibus perciti, postremo vero in belluas mutati rapere, perdere ac ferire instituant. Hoc igitur sanctus Daniel cognovit, bovis illum instar fœno pasci, nec humanis uti pabulis. Quam ob rem Nabuchodonosor tantam expertus calamitatem, & humani cordis sensu recuperato, Deum dies ac noctes quadragies deprecari cœpit; etenim Satanico in illum incumbente Spiritu hominem fuisse se, nesciebat, lingua, quominus in sermonem erumperet, adstricta, tunc enim vox bestiæ similis, oculi præ lacrymarum assiduitate carnis instar erant; ad eum spectandum, cum ex urbe Principes & vulgus innumerabile conflueret, unus Daniel videre noluit, cum interim toto illo, quo Rex immutatus est, tempore perpetuas pro eo preces funderet, asserens, denuo illum hominem futurum, ac regnum esse recuperaturum; quæ cum diceret, nemini probabat. Igitur 7. anni uti totidem menstrua spatia contraherentur, precibus suis obtinuit. Septem ergo temporum mysterium in illo completum est, & ita sex annos totidemque menses Deo supplicans scelus suum confessus est, & concessa venia in regnum a Deo restitutus. Per idem tempus carnes ac vinum non adtigit, Deo perpetuo confitens, cum ita mandasset Daniel, ut leguminibus virentibus aut madefactis utens, divinam iracundiam leniret. Quapropter Nabuchodonosor Danieli Balthsaris nomen indidit, quo eodem unicus ejus filius appellabatur.

Quin

nin etiam heredem illum pari cum filiis re instituere eum vellet, vir sanctus ab-nuens, propitius mihi sit, inquit, Deus, ne isto parentum meorum patrimonio ad in-circumcisorum hereditatem adhærescam. Cœ-terum sub Persarum Regibus multa prodigia eodem Propheta sunt edita; quæ in Da-nielis volumine leguntur.. Aliud præterea ortentum in arduis Babyloniæ montibus signavit: cum, inquit, montem illum, ad Aquilonem obversus est, fumantem debitis, Babylonis exitus adpropingna-t; cum autem velut igne flagrantem aspe-ritis, totius orbis occasus imminebit, & mons ille, qui ad Austrum est, aquis ma-averit, populus in patriam revertetur, & rusalem instaurabitur, id quod Jesu Pon-ficis & Zorobabelis filii Salathielis studio erfectum est; quodsi mons cruore fluxe-t, Belialis per universum orbem cædes por-nditur, & Dominus hominis adsumta spe-e descendet in terram. Ad extremum S. aniel Babylone pacifice est mortuus, & in gia spelunca splendide sepultus, & ad hunc que diem sepulchrum illius notissimum mnibus ibidem conspicitur.

OSEÆ
ROPHETÆ VITA ET SEPULTURÆ LOCUS.

Oseæ Prophetæ pater fuit Beeri, patria Bellemoth in tribu Isachar. Hic ut nturum cœlitus in terram Dominum adfir-maret,

maret, ejusmodi fore portentum prædix tunc scilicet, cum illa quercus, quæ erat Silo, sponte sua duodecim in partes divide tur, indeque totidem quercus existerei quod ita, ut prædictum est, contigit. Pc quam autem multa de populi stupro præ xit, in pace decessit, & in patria sepultus (

AMOS

PROPHETÆ VITA ET SEPULTUI LOCUS.

Oriundus ille Thecua in regione Zabu nis, filium habuit Isaiam Prophetai quem Amasias Bethelis sacerdos fustua sæpius adficiens, clam ac per insidias ei cc vitiatus est, ac tandem Amasiæ filius fticto in tempora clavo ipsum interfecit, qu illum de amborum aureorum vitulorum fra de reprehendisset. Amos vero spirans adh in patriam delatus, ibidemque mortuus majorum suorum sepulchro conditus est.

MICHÆÆ

PROPHETÆ VITA ET SEPULTUR LOCUS.

Morathi ex tribu Ephraim iste oriundus a versus Agab Regem Juda multa gesi ac postremo ab Joram ejus filio præcipi necatus est, quod ipsum ob suam & ma rum suorum impietatem ac scelera redargu ret. Post obitum vero Morathi in patria i seorsim prope monumentum Enacim notissi

ad hodiernum usque diem sepulchro conditus est.

JOËLIS

PROPHETÆ VITA ET SEPULTURÆ LOCUS.

Joël Propheta filius Bathuel ex agro Bethoris in tribu Ruben de Hierosolymis multa vaticinatus est, deque consummatione gentium, & in pace mortuus in patria sua magnifice sepultus est.

ABDIÆ

PROPHETÆ VITA ET SEPULTURÆ LOCUS.

Ortus hic Sichemo ex agro Bethagamar, ille ipse quinquagenarius tertius est, cui parcens Thesbites Elias descendit, & ad Regem pervenit. Secundum quæ palatinæ militiæ renuncians ad Prophetam Eliam adhæsit, & ejus discipulum se fecit: ubi multa perpessus ejus beneficio servatus est. Qui cum obiisset in agro Bethagamaris, apud majores suos sepultus est.

VITA JONÆ

PROPHETÆ ET SEPULTURÆ LOCUS.

Jonas Propheta filius Amathi e regione Cariathamarum prope Azotum græcam urbem maritimam ortum habuit. Per id tempus

pus Elias Propheta, cum Agab Regem Samariæ reprehendisset, & ingentem famem devocasset in terram, a corvis alebatur, & aquam ex torrente potabat: quo siccato esuriens in Sareptam Sidoniorum urbem ad viduam pauperculam accessit, quæ Jonæ mater fuit. Hujus itaque domum ingressus est, & cum illa, quod a Propheta jussa erat, fecisset, comedit ille, & benedicens frumentum ipsi oleumque præstitit, & apud eam remansit; neque enim cum incircumcisis manere poterat. Ejusdem porro viduæ filium Jonam Deum per Eliam excitavit a mortuis, ac vivum matri, propter ejus in hospites humanitatem restituit. Postea, ubi adultus est Jonas, Niniven ad Assyrios missus Deum effugere conatus est, & cum in Tharsis proficisci vellet, a ceto absorptus est. Unde postea digressus divinum mandatum Ninive prædicavit; quo factum est, ut Ninivitæ ad Deum conversi, ejus in se misericordiam provocarent. Quod aegre ferens Jonas ac reversus in patria non remansit, sed matre secum abducta in Saar alienigenarum regione ædem constituit: ita enim dicebat, probrum a me & ignominiam depellam, quod ego adversus Ninivitas vaticinans mentitus fuerim. Itaque in argo Saar, ubi domicilium elegerat, mortuus est, & in specu Cenezei Judicis sepultus; hoc autem Propheta iste prædixit, tunc cum gentes plurimas Jerosolymis conspexissent, ab occiduis nationibus funditus urbem esse delendam.

NAHUM

NAHUM
PROPHETÆ VITA ET SEPULTURÆ LOCUS.

Oriundus hic Elcesi trans Jordanem versus Begabar e tribu Simeonis alterum post Jonam de Ninive portentum edixit, scilicet fore, ut aquis dulcibus atque erumpente ab humo incendio periret. Quod ita contigit, nam lacus ille, qui ambiebat urbem, repentino terræ motu illam obruit, dum ignis e solitudine prorumpens editiores urbis partes incendit. Postremo Nahum in pace mortuus in patria sua Begabare sepultus est.

HABAGUC
PROPHETÆ VITA ET SEPULTURÆ LOCUS.

Habaguc Propheta ex agro Bethsoger tribu Simeonis originem duxit, qui ante Babylonicam migrationem Hierosolymorum excidium prospiciens vehementer urbem ac populum luxit. Cum autem Nabuchodonosor Hierosolymam venisset, ut eam everteret, in Ostracinem profugit, ubi in Ismaelitarum regione peregrinatus est. Chaldæis vero post captam Jerosolymam in patriam reversis, cum ii, qui in urbe residui erant, in Ægyptum fugissent, Habaguc in patriam regressus est, ubi & agri sui messoribus necessaria ministravit, ac cibaria coxit. Tunc domesticis ita vati-

vaticinatus eſt: Vado in longinquam regionem, unde celeriter revertar. Veruntamen ſi moram illic fecero, vos ad meſſores cibaria portate. Secundum haec Babylonem translatus, cum Danieli in leonum cavea prandium obtuliſſet, extemplo reverſus veſcentibus meſſoribus interfuit, neque cuiquam, quod acciderat, ſignificavit. Coeterum idem Propheta cognovit, brevi populum e Babylonia in Judaeam eſſe rediturum: quin etiam ſigni loco portentum iis, qui Judaeam incolebant, denunciavit: Viſuros illos aliquando lucem ingentem, quae in templo colluceret, atque hoc pacto Dei gloriam conſpecturos eſſe. Ad haec de templi exitu ac fine vaticinatus eſt, nempe ab occidentali populo Jeroſolymitanum templum exciſum iri. Multa idem Propheta de adventu Domini praedixit, & biennio, antequam Babylonia populus rediret, moritur, & in agro ſuo magno cum honore ſepelitur.

SOPHONIAE
PROPHETAE VITA ET SEPULTURAE LOCUS.

Natus hic patre Chuſi e tribu Simeonis monte Sarabatha de Hieroſolymis oraculum edidit, melius ac praeſtantius illam in longitudinem & latitudinem inſtaurandam eſſe: nec non & de fine gentium atque impiorum ignominia adventuque Domini. Moritur deinde ſecundum Domini revelationem, & ſeorſim in agro ſuo ſepelitur.

AGAEI

AGÆI
PROPHETÆ VITA ET SEPULTURÆ LOCUS.

Agæus Propheta etiamnum juvenis e Babylone Jerosolymam reversus de populi reditu vaticinatus est, ac templi Jerosolymitani instaurationem prævidit. Primus ille *Alleluja* cecinit, quod interpretari possumus: *Laudemus Deum vivum.* Item: *Amen:* quod idem est, ac *fiat*, *fiat.* Igitur in eodem loco mortuus est, & prope sacerdotes gloriose conditus. Unde nos usurpare hodie solemus alleluja, qui est Agæi hymnus & Zachariæ.

VITA ZACHARIÆ
PROPHETÆ ET SEPULTURÆ LOCUS.

Zacharia Propheta Barachia patre natus est: qui ætate jam provecta e Chaldæorum regione profectus est: cumque illic esset, populo multa prædixit, & ad fidem faciendam prodigia multa edidit: quin etiam Josedeco significavit, filium ei nasciturum, & Jerosolymis sacerdotio functurum. Idem Salathieli ob filium benedixit, prænuntians, filium ab eo susceptum iri, quem Zorobabelem adpellaret. Præterea sub Cyro Persarum Rege prodigium dedit, quo victoriam de Crœso Lydorum Rege reportandam ostenderet, & de Astyage Medorum Rege ; nec non & ministerium illud officiumque prædixit, quod Cyrus Jerosolymis præstiturus erat. ac vehementer ei benedixit. Hujus denique va-

ticinia, quæ Jerosolymis edidit, ad gentiı exitum & Jerosolymitani templi instaurat nem, & Prophetarum cessationem, ad (plicem sacerdotum pœnam pertinent. M tuus est in Judæa grandis jam ætate, & pr(Agæum Prophetam sepultus est.

MALACHIÆ

PROPHETÆ VITA ET SEPULTUI LOCUS.

Malachias e Zabulonis tribu post reditui Babylonia populi Sophæ in Zabulo nascitur, & adhuc juvenis vitæ integrit commendatus est. Multa de adventu Do ni deque mortuorum judicio vaticinatus prædixit, implendos & commutandos M sis ritus ac ceremonias, & quoniam a populum velut sanctus & mansuetus in ho re habebatur, Malachias ab eo vocatus hoc est, *Angelus*. Fuit enim inprimis cora corporis specie, & quidquid ille va nando dixerat, eadem die Angelus adpaı interpretatione sua declarabat; quemad dum interregni tempore contigit, cum lus apud Israelitas Princeps esset; quo libro Schophetim, hoc est, Judicum legin Obiit ille adhuc juvenis, & in agro su majores suos adpositus est.

AL

ALTERIUS ZACHARIÆ
ROPHETÆ VITA ET SEPULTURÆ LOCUS.

Zacharias alter Propheta sacerdos Jojadæ filius Joannis Baptistæ pater fuit. Hunc erodes interfecit inter altare & domum omini adeo, ut in vestibulo templi ejus underetur cruor. Ortus hic erat Jerosolyis e domo David; idem de Domini Natiitate vaticinatus est. Ergo ille in domo Doini prope templum est sepultus: quo temore multa in templo portenta contigerunt; eque enim amplius sacerdotes poterant aut pparentes angelos cernere, aut ex adito reonsa populo dare, neque per Ephod interogare, neque per Urim respondere, ut anea consueverant.

SIMEONIS
ROPHETÆ VITA ET SEPULTURÆ LOCUS.


Simeon sacerdos ex Aronis tribu responsum accepit a Spiritu sancto, non visurum se nortem, donec videret Christum Dominum n carne. Hic est, qui Dominum suis ulnis gestavit, ac Deum glorificavit, dicens: *Viderunt oculi mei salutare tuum.* Mortuus demum prope sacerdotes admodum senex ac plenus dierum sepultus est.

VITA JOANNIS
PROPHETÆ ET SEPULTURÆ LOCUS.

Joannes Baptista Zachariæ & Elisabeth filius ex tribu Levi, ille ipse est, qui agnum Dei nobis ostendit, filium patris mundi peccata tollentem. Idem nobis velut aditus quidam regni cœlestis extitit: *nullus enim inter natos mulierum major Joanne Baptista.* Obiit capite truncatus ab Herode propter Herodiadem fratris illius Philippi conjugem.

OPERIS CONCLUSIO.

Præter hoc & alii quidam extitere Prophetæ, quorum nomina suis in genealogiis, in libro nominum Israelis perscripta sunt. Quorum mentionem non attigimus.



SANCTI EPIPHANII
EPISCOPI CYPRI
IN DIE FESTO PALMARUM INTERPRETE DOMINO CONZALO PONCIO.

MONITUM.

Si Petavio credimus, novem sermones seu tractatus de mysteriis numerorum, qui Epiphanii nomen præferunt, non sunt illius Salamini Episcopi, sed alterius ejusdem nominis

minis Episcopi, uti ex stilo conjicere licet; non tamen videntur hæc opera Epiphanio indigniora esse, quam Physiologia, nec tanta in illis stili discrepatio deprehenditur, uti Dupin observat.

BENEDIC DOMINE.

Gaudè plurimum filia Sion: lætare universa Dei Ecclesia: Ecce enim iterum accedit ad te Rex, sponsus tuus pullo veluti throno insidens. Procedamus illi obviam, festinemus, ut ejus videamus gloriam: ingressus illius honorem alacriter præoccupemus. Iterum mundo salus, iterum Deus ad crucem venit, iterum Rex Sion progreditur, iterum mundo salutem largitur, iterum lux mittitur, iterum error expellitur, iterum floret veritas, iterum Ecclesia ducit choros, iterum Synagoga viduatur; iterum dæmones pudore adficiuntur, iterum solvitur maledictio, iterum Judæi confunduntur, iterum gentes exhilarantur, Christus in pullo tanquam in throno sedens procedit. Exultate cœli, hymnos dicite angeli; plaudite flumina; qui habitatis Sion, ducite choreas: Ecclesiæ laudate, sacerdotes hymnos dicite, concurrite senes, congregamini gentes. Omnis creatura, natura omnis, omnis ordo, omnis spiritus Regi Regum regali cultu obviam eamus, Dominum Dominorum uti par est, adoremus: Deo Deorum divinitus canamus, sponso incorruptionis hymnos dicamus, hilares hilari vultu lampades accen-

 damus,

damus, animorum veſtes, uti Deo convenit, immutemus, vias vitæ recte paremus, animorum noſtrorum aditus Regi patefaciamus, quærentes olivarum ſurculos ſurculo ex Maria nato; victoriæ palmas ut victori mortis portemus; quærentes angelicas laudes angelorum Deo concinamus, & una cum pueris vocem extollamus: oſanna in excelſis! Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus & illuxit nobis ſedentibus in tenebris & in umbra mortis. Adparuit reſurrectio lapſorum, adparuit liberatio captivorum, adparuit viſus receptio cæcorum, adparuit lugentium conſolatio, adparuit laborantium requies, adparuit ſitibundorum refrigerium, adparuit adflictorum vindicatio, perditorum redemtio, deſperatorum conſolatio, diverſorum unio, vexatorum defenſio, ægrotantium medicina. Quapropter & nos populi cum populo conclamemus hodie Chriſto dicentes: Oſanna, ſalva nos in altiſſimis, Deus! O res nova & admiranda! Heri Chriſtus a mortuis Lazarum excitavit, hodie ipſe ad mortem properat: heri alteri vitam largitus eſt, hódie vitæ dator vadit ad mortem: heri Lazarum inſtitis exſolvit, hodie ſe ipſum ſponte ſua offert vinculis adſtringendum: heri ante ſex dies Paſchæ per quinque ſenſuum reſtitutionem triduanus quatriduanum fratrem unum duabus ſororibus condonat, & hodie crucem adit; enimvero Martæ quidem mortuum quatriduanum, Eccleſiæ autem Chriſtus ſe ipſum poſt triduum præbet. Et ibi ſola Bethania miratur, huic vero univerſa

versa Ecclesia diem festum agit, & festa festorum celebrat Regem incorruptorum Spirituum velut sponsum, sicut & Regem in medio sui habens: Festos dies agit, & sicut oliva fructifera in domo Dei, & tanquam vernus Paradisi flos & floridum lilium se ipsum servat, in qua Christus vera vitis ægrotantium morbos sanat, dicens: *Ego sum vitis vera, in qua* & olivetum; qui adeo sperantes in se per suam misericordiam servat incolumes, in qua radicis Jesse antiquus ramus citra cultum & fossionem humani seminis germinavit, in qua perpennis fons, in qua Matthæus, Marcus, Lucas & Joannes Christi Ecclesias irrigant: ubi frequens ex omni juventute concursus tanquam oliva fæcunda olivas tenentes Christo misericordi supplicamus, plantati in Domo Domini, in atriis ipsius verno tempore efflorescentes, festum ducimus diem, legalem hyemem abeuntem cernentes. Festum igitur age, Christi Ecclesia! non juxta corporis sensum, non in figura choreas ducens, verum spiritu & mente, idolorum aspiciens eversionem, & Ecclesiæ erectionem: mira enim & magna voce tibi cum Paulo dico: vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova & admirabilia. Proinde gaudete in Domino Christi grex, gaudete, gaude Christi Ecclesia, lætare filia Dei: tua enim omnis gloria tanquam filiæ regis Christi, quæ jam non amplius vidua, verum Dei sponsa efflorescis, non amplius a sinistris Dei propter idolorum cultum, sed a dexteris adstans, & splendide ornata propter

Dei cognitionem, quæ non es amplius fervili fanguine fermentata, fed divino infignita, quæ non amplius Obelem, fed Emanuelem colis, non jam triadem, fed Trinitatem veneraris, quæ non Platonem amplius, fed Deum noftrum omnipotentem honore profequeris, non jam Herculem malorum depulforem, fed confolatorem fpiritum & rerum omnium opificem: non colens amplius Ariftotelem fubtiliter difputantem, fed Deum, qui in fine fæculorum te falvam effe voluit. Cecidit Saturnus, quia incarnatus eft Deus Verbum, non tamen ex viri confortio, fed humano fimul & divino modo ex Maria confpicuus. Videte Dei gratiam, videte fefti diei fplendorem. Quam ob rem gaude & lætare univerfa Dei Ecclefia: leva in circuitu tuo oculos tuos, & vide congregatos modo tuos, qui quondam gentium filii difperfi erant: Vide fefti diei celebritatem, vide omnem linguam in unam fententiam cedentem, vide os omne tanquam unum os: vide gentes prius efferas nunc tuo ductu oves fieri. Vide gentium diem feftum celebrantium ftrepitum. Præconia video veluti Angelorum hymnos, pueros cerno agnis recens editis fimiles, dicentes: Ofanna in excelfis; benedictus qui venit: cum quibus pariter clara & leonina voce exclama, feftivitatis folemnia fimul & gratam beneficiorum memoriam referens: Ecce ego & liberi, quos mihi Deus dedit, quæ olim fterilis fueram; Benedictus qui venit, in nomine Domini: Deus Dominus, & adparuit nobis: qui

qui venit, & nullo capitur loco, qui venit, nec cœlis sese subducit: benedictus proprio splendore & gratia, & rursus veniens divina majestate; benedictus, qui typice insidens pullo ad me venit tanquam pullo cherubinico. Adtende enim, quid dicat sacrosanctus præco solemnitatis hujus Evangelista. Factum est cum adpropinquaret Dominus ad Betphage & Bethaniam, ad montem, qui vocatur Oliveti, misit duos discipulos suos dicens: ite in castellum, quod contra vos est, in quod introeuntes invenietis asinam & pullum alligatum, quos dissolventes ad me adducite. Et fecerunt discipuli, sicut Jesus eis præceperat, & straverunt vestimenta sua super pullum, & Jesus insedit. Contigit autem, ut ubi ad imam partem montis accederet turba, acciperet ramos palmarum, & exiret obviam Jesu, & qui præibant, & qui sequebantur, clamarent: osanna filio David! benedictus qui venit in nomine Domini. Hic est præsentis celebritatis dominicus adventus, quapropter cum turba nunc ad festum diem convenerit, exeamus ei obviam, hodie enim cœlestia cum terrenis atque iis qui sub terra sunt, hymnos concinant, & omnis spiritus ad Dei laudem aperiatur. Cherubim clamate: sanctus, sanctus, sanctus Dominus ter sanctus exercituum; pleni sunt cœli & terra gloria ejus. Seraphim hymnos canite, Prophetæ prædicate; & alius dicat: lætentur cœli, & exultet terra: alius: gaude plurimum filia Sion: alius in Regem Christum intuens clamet: Ecce

agnus


agnus Dei, qui tollit peccata mundi: & alter de ipso Domino prædicet, hic est Deus noster, & non æstimabitur alius ad eum: item alius: Ecce homo simul & Deus! Oriens nomen est ei: & David dicat: Deus Dominus & apparuit nobis: Iterum alius genu flexo clamet Christo: omnis terra supplex te adoret, & alter populos admoneat, dicens: constituite diem solemnem in condensis usque ad cornu altaris. O res & diei festi novitate admirabiles, & hominum opinione incredibiles! Pueri Christum tanquam Deum prædicant, & sacerdotes illi maledicunt, lactentes adorant, & doctores impie aspernando calumniantur: pueri osanna dicunt, & hebræi crucifige vociferantur: illi palmas gestantes ad Christum conveniunt, hi cum gladiis ipsum invadunt: illi ramos cædunt, hi crucis lignum præparant: infantes Christo tunicas substernunt, & sacerdotes Christi vestimenta dispertiunt: infantes Christum supra pullum extollunt, & senes Christum in cruce suspendunt: pueri Christi pedes adoraverunt, illi vero Christi pedes clavis adfixerunt: pueri laudem deferunt, isti acetum offerunt: pueri Christo honorem, illi vero fel præbent, pueri palmarum ramos quatiunt, isti vero lancea Christi latus pungunt: pueri Christum supra pullum divinis laudibus celebrant, isti eum vendunt. Cognovit bos possessorem suum in præsepi natum, & novus gentium populus suo se Domino submisit; solus vero Israel non agnovit Christum Deum suum. Quæ olim tribus erant

erant gentium, cum Deo amicitiam inierunt, & qui a lege abhorrebant, legi parent; & qui leges habebant, eas violare non dubitant. Esto, Prophetas non es veritus, sacerdotes interfecisti, scripturas pervertisti, legem violasti, justos dissecuisti, Moysen aspernatus es, filios mactasti, templum polluisti, Deo non paruisti, Christo non credidisti, divinis miraculis contumeliose obtrectatus es, de Lazaro incredulus fuisti, coecis, qui visum receperunt, fidem non habuisti: verum quid tandem de hisce pueris dicis? quid censes de hymno lactentium? quis quæso lucem his prætulit, quis eos docuit aut excitavit? quis repente verborum ignaris verbi usum concessit, nisi Christus, ante sæcula verbum? nunc juvenes, pueri pariter & infantes una manu mammam prehendunt, & voce hymnum canunt angelicum, & altera manu ante Christum palmarum ramos vibrant. Orationis ignara natura repente de Deo verba facere didicit, repente orationem propheticam incorporeorum spirituum Deo hymnum tanquam munera quædam offerentes simul atque vociferantes, Osanna in excelsis, benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & illuxit nobis. Ad quas ego voces vicissim, ut grati animi & celebritatis officium aliquod persolvam, sacros hosce pueros audacter interrogo: quid dicitis o Dei pueri, pueri hymnos concinentes? Undenam vobis par istud studium, dum sanctorum Cherubim hymnum elatis ad cœlum vocibus effertis, & quo-

& quomodo Christum humano more pullo insidentem cum videatis, laudibus eum, quæ decent Deum, ornatis, dum osanna in excelsis conclamatis? Sane, osanna nobis oratores divini pueri tradiderunt: Christus insidet quidem pullo visibili, veruntamen a sinu paterno nunquam separatur: Asini pullo vehitur, & a sanctorum Cherubim throno minime abest; verum sicut ipse infra carnis involucro & habitu mortalium consortio assidue præsens est, sic & apud superos unacum Patre Deus adest, idem omnipotens mundi moderator, gentium Rector, verus Deus, choriphæus & sator, dux & cunctorum salvator. Ipse inferiorem Jerosolymam ingreditur, nec a superiori separatur; ipse sæculorum auctor, & a sæculo & in sæcula: is est, qui solus cœlum extendit, qui obambulat super mare tanquam in soli pavimento, hic nebula mare involvit, hic septa hominibus circumscripsit, hic maris terminos divisit, hic terram cum expleſſet, nulla re fulcivit; hic elementorum mistiones sapientissime temperavit, plantarum formas exornavit, cœlum quasi vestimentum extendit, & claris condecoravit luminibus. Hunc horrent Cherubim, & tremunt Seraphim, hunc celebrat sol, & luna gloriose prædicat, hunc laudant sydera, hunc verentur tartara; huic cedunt cete, hunc dracones tremunt; huic imbres ministrant, hunc venti observant; hic constituit rerum naturas; hic ordines dispofuit, hic superarum & infernarum creaturarum effector Deus Domi-

nus

us noster, atque ipsi gloria & imperium in secula sæculorum. Amen.



SANCTI

PATRIS EPIPHANII

EPISCOPI CYPRI

ORATIO.

In divini corporis sepulturam Domini & Servatoris nostri Jesu Christi, & in Josephum, qui fuit ab Arimathia, & in Domini n infernum descensum post salutarem passionem admirabiliter factum.

Sancto & magno Sabbatho, interprete Stanislao Phœnicio.

Quid illud rei est? Hodie silentium magnum in terra, silentium magnum, & solitudo deinceps; silentium magnum, quoniam ex dormit, terra timuit, & quievit; quoniam Deus in carne obdormivit, & a sæculo dormientes excitavit. Deus in carne mortuus est, & infernus contremuit: Deus paululum obdormivit, & eos, qui in inferno sunt, suscitavit.

Nunc tandem ubi sunt nuperæ illæ turbæ & vociferationes, & tumultus adversus Christum? O impii! ubi populi & tumultus, arma & lanceæ? ubi reges & sacerdotes, & judices? ubi lampades, enses, & clamo-

clamores? ubi vulgus & fremitus & cu
dia inhonesta? Vere reipsa quando po
meditati sunt inania & fatua, impege
in angularem lapidem Christum, sed
contriti sunt; offenderunt ad indomitam
eudem, & confracti sunt: sustulerunt in
no petram vitæ, quæ descendens ipsos c
dit: colligarunt magnum Samsonem, so
Deum, sed solutis a sæculo vinculis ali
genas & impios perdidit. Occidit Deus
Christus sub terram, & tenebras perpe
Judæis fecit. Hodie salus his, qui sunt
pra terram, & his, qui sunt a sæculo sul
terram. Duplex hodie Domini adven
duplex administratio, duplex amor erga
mines, per descensum simul & sui de
sionem. Qui a sæculo dormiistis, exult
qui in tenebris & mortis umbra sedetis,
cem ingentem excipite, cum servis Domi
cum mortuis Deus, cum mortalibus v
cum sontibus insons, cum his, qui in
nebris non vesperascens lux, cum cap
vindex libertatis, cum infimis quies s
cœlos, Christus in terra; credidimus: C
stus inter mortuos, una descendamus
consideremus, quænam illic mysteria,
noscamus occulti occulta, sub terra m
bilia. Quid igitur? omnesque omnino
luti restituit Deus? Minime: Verum &
eos, qui crediderunt; heri, quæ erant
ministrationis propria, hodie quæ poten
heri opera humanæ naturæ, hodie divin
tis ostenduntur: heri alapis premeba
hodie fulgore divinitatis inferni percutit

n

micilium: heri condemnabatur, hodie condemnatis libertatem largitur. Duo populi tempore Christi passionis in Sion adfuerunt, alius ex Judæis, alius ex gentibus: Duo Reges, Pilatus & Herodes: duo Principes sacerdotum, Annas & Caiphas, ut duo simul paschata fierent, illud quidem cessans, at Christi initium sumens: duæ victimæ eodem vespere perficiebantur, quoniam & duplex salus vivorum & mortuorum perficiebatur, ac populus quidem Judaicus colligabat agnum, sacrificans ad cædem, populus vero ex gentibus Deum in carne; ille umbram intuebatur, hic ad solem Deum adcurrebat; & hæc ubi? In Sion civitate Regis magni, in qua operatus est salutem in medio terræ. In medio duorum virorum cognitus Jesus Dei filius, in medio Patris & Spiritus sancti. Et in medio duorum latronum Deus probo latroni cognitus. Duplicem ergo hodie vitam & salutem Christus perfecit. Audi ergo duplicem generationem, simulque regenerationem: & audi Christi duplicis nativitatis opera, & plaude ob miracula. Angelus quidem Mariæ maternam Christi generationem nunciavit; angelus vero Mariæ Magdalenæ ex sepulchro regenerationem nunciavit. Noctu Christus in Bethlehem nascitur, nocte rursum in Sion renascitur: fasciis circa nativitatem suscepit, fasciis & hic involvitur: Myrrham, natus accepit; myrrham & in funere aloenque recepit; illic Joseph nec maritus adpellatur, hic Joseph ex Arimathia vitæ nostræ parentatot

tator efficitur. Qua autem ratione, & a quibus in ſepulchro Chriſtus vita conditur, ſacras literas audiamus.

Veſpere, inquit, facto venit homo dives nomine Joſeph: hic ſumta audacia ingreſſus eſt ad Pilatum, & petiit ab eo corpus Jeſu: ingreſſus mortalis ad mortalem, petens, ut accipiat Deum, Deum immortalem poſcit lutum a luto accipere, plaſtem omnium. Quis videt, & unquam audivit, ut homo homini factorem hominum largiretur.

Veſpere, inquit, facto venit homo dives nomine Joſeph. Vere dives; ſiquidem omnem compoſitam Domini hypoſtaſin retulit: ſane dives, quoniam duplicem ſubſtantiam Chriſti a Pilato accepit: enimvero dives, quoniam haud æſtimatam margaritam dignus habitus eſt præferre: revera dives, loculos enim retulit, plenos theſauris divinitatis. Veſpere ergo facto, cum occidiſſet in infernum juſtitiæ ſol, venit homo dives nomine Joſeph ab Arimathia, qui erat occultus diſcipulus ob metum Judæorum: venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jeſum nocte. Myſterium myſteriorum abſconditum: duo occulti diſcipuli occulere Jeſum in ſepulchro veniunt, occultum in inferno myſterium, occulti Dei in carne per propriam occultationem docent myſterium; alter tamen alterum ſuo erga Chriſtum vincit affectu: Nicodemus quidem in myrrha & aloë magnanimus, Joſeph vero ob audaciam adverſus

Pila-

'ilatum & confidentiam laude dignus; hic nim metu omni abjecto, sumpta fiducia inressus est ad Pilatum, petens corpus Jesu, t ingressus prudentissime se gessit, ut suo oto potiretur, non enim usus est jactantia liqua ad Pilatum, ne, si eum ad iram inammasset, excideret petitione: neque sic ompellat, da mihi, hoc corpus Jesu, qui nuer solem obscuravit, qui petras dirupit, terum concussit, monumenta aperuit, velum mpli discidit. Nihil tale ad Pilatum loquiur. Quid ergo? petitionem quandam miseabilem veni petere a te: Da mihi mortuum l sepulturam corpus illius a te condemnati su Nazareni, Jesu pauperis, Jesu domum m habentis, Jesu suspensi, nudi, fabri filii, ncti, sub dio degentis. Da mihi hunc pegrinum, cujus enim tibi utilitatis erit coris hujus peregrini? Da mihi hunc pereinum, cujus regionem ignoramus nos pegrini, cujus patrem ignoramus peregrini; mihi hunc peregrinum, qui vitam pereinam toleravit peregre; da mihi hunc vontarium peregrinum, non habentem hic, i caput reclinet; da mihi hunc peregrim, qui propter Herodem fugæ se dedit, ab ipsis incunabulis in Ægypto hospitio as est, non habentem civitatem, non vim, non domum, non mansionem. Da hi o præses hunc in ligno nudum, ut eum operiam, qui meæ naturæ cooperuit nuatem: da mihi hunc mortuum, ut eum ntegam, qui meas inquitates contexit, in Jordane meum peccatum sepelivit:

pro mortuo obſecro, qui ab amico venditus, a diſcipulo proditus, a fratribus vexatus, a ſervo alapis percuſſus eſt: pro mortuo rogo, qui eſt ab iis condemnatus, qui ſunt ab eo ex ſervitute liberati. Pro mortuo o præſes! ſupplico, qui eſt in ligno ſuſpenſus, domo carens; non enim illi adeſt pater in terra, non cognati, non veſpillo, verum ipſe unus unigenitus in mundo Deus & non alius.

Hæc Joſeph ad Pilatum cum eſſet locutus, juſſit Pilatus, ut daretur ipſi ſanctiſſimum corpus Jeſu: & cum veniſſent in locum Golgotha, depoſuit Deum in carne ex ligno. Quomodo vero divini corporis hoc maxime tremendum Jeſu peragis funus? laudabile tuum ſtudium, ſed laudabiliores animi tui mores; an enim non horres, quem Cherubim horrent in manibus geſtantes? aut ſane, quanto cum timore divinæ illius carnis denudabas linteum? quam religioſe oculum deprimebas? an enim, dic mihi o Joſeph, an ad orientem verſus ſepelis mortuum orientis orientem? num vero & tuis digitis Jeſu claudis oculos, qui immaculato digito cæci aperuit oculum; num vero & os occludis, qui muto os aperuit? num & manus obvolvis ejus, qui extendit arefactas manus? num & pedes, ut mortuo convenit, vincis ejus, qui dedit immotis pedibus, ut ingrederetur? num & in lectum tollis eum, qui paralytico juſſit, tolle grabatum tuum, & ambula? num & divini corporis adhuc ſanguine

guine fluens illud Jesu abstergere audes latus, qui profluvio sanguinis laborantem sanavit Deus? Quales vero & lampades incendes veræ luci illuminanti omnem hominem? Quales cantabis illi funebres nænias, qui sine ullo silentio laudatur ab omni cœlesti exercitu? num vero lacrymas pro eo fundes, ut mortuo, qui lacrymavit, & mortuum Lazarum quatriduanum suscitavit? num lessum eum facies, qui omnibus gaudium largitus est, & tristitiam Evæ dissolvit? attamen beatas judico tuas manus, o Joseph! quæ ministrarunt & contrectarunt sanguine adhuc fluentes divini corporis Jesu manus & pedes? beatas prædico tuas manus, quæ adpropinquarunt Dei lateri sanguine fluenti ante Thomam fidelem incredulum, & curiosum laudabilem. Beatum dico tuum os, quod conjunctum ori Jesu Spiritu sancto illinc repletum est insatiabiliter: beatos tuos oculos adpositos Jesu oculis, & lucem veram illinc adsecutos: beatos tuos humeros, qui portarunt eum, qui omnes portat: beatum tuum caput, cui adpropinquavit Jesus caput omnium: beatum judico Josephum & Nicodemum; nam Cherubim antecesserunt Deum in se ipsis extollentes & gestantes: angelos antecesserunt senis alis præditos, Dei ministri facti, ac non alis sed sindonibus Dominum contexerunt & honorarunt. Quem Cherubim tremunt, hunc in humeris Joseph & Nicodemus ferunt, & omnes incorporeorum Spirituum ordines obstupescunt. Venit enim Joseph & Nicodemus: igitur concurrebat &

omnis angelorum Dei populus, & anteverterunt Cherubim, & una currunt Seraphim, portantque simul throni, & occultant senis alis præditi, & horrent multoculi videntes in carne Jesum oculis orbatum; & contegunt potestates, canunt principatus, horrent ordines, obstupescunt omnes exercitus sublimium turmarum, & invicem miraculo adtoniti hæsitantes loquuntur: quid hoc terribile verbum? quid timor? quid tremor? qui modus? quod hoc ingens, & omnem superans cognitionem spectaculum? cui adstant Cherubim cum tremore, hunc Joseph & Nicodemus sepeliunt sine timore: quando descendit, qui supera non deseruit: quomodo egressus, qui intus est? quomodo venit in terram, qui omnia implet: cui adstant Cherubim cum tremore, hunc Joseph & Nicodemus sepeliunt? Quomodo exivit, cunctos latens? Quo pacto invisibilis visus est? Quo pacto expers materiæ carnem adsumsit? Quomodo passionis expers passus est? Quomodo vita mortem gustavit? Quomodo qui comprehendit omnia, sepulchro continetur? Quomodo januam speluncæ ingreditur, qui jannas paradisi aperuit, & januas ejus patefecit? Quomodo lux vesperascens ad loca tenebrosa & umbram mortis pervenit? Quo tendit, quo vadit, qui a morte superari non potuit? Quæ hæc ratio, quod consilium illius qui in infernum descendit? Forsitan Adamum condemnandum & nostrum conservum ut educeret, descendit: profecto primum parentem tanquam perditam ovem quæsiturus venit:

venit: omnino in umbra mortis sedentes liberare vult: omnino captivum Adam & Evam ex doloribus salvare vult. Ergo una descendamus, una hymnis celebremus Dei fœdera cum hominibus intuentes, & condemnatorum liberationem a benigno Domino factam: vadit enim natura humanissimus, ut educat eos, qui a sæculo vincti sunt. Quos absorpsit tyrannice amara & insatiabilis mors, hos Deus prædam hanc abstulit, simulque in unum congessit. Hic vinctus Adam omnibus infimis condemnatis inferior: illic Abel primus mortuus, & primus justus pastor injustæ Christi pastoris cædis figura: illic Noë Christi typus, magnæ Arcæ Dei Ecclesiæ fabricator: illic Abraham Christi pater sacrificus, qui ense sine ense lethale sine letho Deo sacrificium obtulit: illic infra vinctus Isaac, qui olim supra vinctus erat ad Christi referendus imaginem: illic Jacob in inferno mœrore confectus, qui supra propter Joseph fuerat mœrore confectus: illic Joseph vinctus, qui in Ægypto fuit in carcere ad Christi figuram captivus & Dominus: illic Moyses infra in locis tenebrosis, qui supra quondam in arcula in loco tenebroso fuerat: illic Daniel in lacu inferni, qui supra quondam in lacu leonum versatus fuerat: illic Jeremias tanquam in lacu cœni, in lacu inferni & corruptionis mortis: illic Jonas in mundi capace ceto, hoc est, inferno jacet, in figuram Christi æterni Jonæ, qui vivit in sæculum, & in sæcula sæculorum: illic præterea David Dei parens, ex quo secundum car-

nem oriundus Christus: illic & magnus ipse Joannes major omnibus Prophetis tanquam in tenebroso utero Christum prædicans, iis, qui in inferno erant, duplex præcursor & præco vivorum & mortuorum, qui ex carcere Herodis in publicum populi inferni carcerem transmissus est. At justi injustique, qui erant a sæculo consopiti, præsertim Prophetæ, & justi cuncti preces assiduas Deo illinc offerebant redemtionem flagitantes: & hic quidem ad Deum dicebat: ex utero inferni clamorem meum audi; alter vero: de profundis clamavi ad te Domine: & sic de reliquis; quos omnes cum exaudisset summe misericors Deus Christus, non æquum censuit, ut iis solis, qui essent vitæ ejus tempore, aut postea futuri, propriam impertiret misericordiam, sed etiam pro iis, qui ante adventum ipsius in inferno erant detenti, & in umbra mortis sedebant, hos Deus verbum invisit. Itaque properemus & nos mente, & in infernum eamus, ut videamus, quomodo illic tandem robore præditum fortissimum tyrannum maxima vi superarit, & cum omni populo militariter instructo sua coruscatione immortales illas ordinum acies sine armis subegerit, quando fores sine foribus sustulit e medio, & portas non ligneas ligno crucis Christus confregit, clavisque divinis vectes æternos contrivit, & vinculis divinarum suarum manuum insolubiles catenas tanquam ceram dissolvit: Item hasta divini sui lateris carnis expers cor tyranni perforavit, & invicta posuit trophea, ubi mortem

rtem morte adfecit. Heri igitur dispen-
ione quadam legiones Angelorum recusans
ebat Petro: nonne possum nunc exhibere
usquam duodecim legiones Angelorum?
die vero, ut Deo par est, simulque tan-
am Dominus descendit ad inferos, & mor-
n & tyrannum per mortem, immortales
corporeorum exercituum invisibilium non
odecim aliquas legiones, verum decies
llies centena millia Angelorum, Archan-
lorum, potestatum, thronorum, throni
pertium, senis alis præditorum, alis caren-
um, multoculorum, oculos non haben-
um, cœlestium chororum.

Postquam igitur undique seribus mani-
s, & nullum solem, sempiternas autem
ebras habentes inferni carceres una cum
vino populo occupavit coruscans adventus,
evertit omnes Gabriel princeps exercitus
nquam qui ex more fausta nuncia homini-
s ferre consuevit, & mandatum quoddam
te consentaneum ordini Archangelorum
ordini principum militiæ clara & leonina
ce adversis potestatibus intonans ait: tol-
a portas, qui inter vos principes estis;
m quibus clamat & Michael: & elevamini
rtæ æternæ: deinde & virtutes, ajunt:
cite janitores improbi: deinceps & pote-
tes magna vi & potentia: conterimini ca-
næ insolubiles: & alius: confundamini pu-
re adversi hostes: & alius: timete tyranni
qui. Tunc veluti ex aliqua formidabili &
icta potentissimi Regis triumphalis exer-

 citus

citus acie horror quidam & timor Domini invictissimi hostes invadit, sicque in illos, qui erant in inferno ex inopinato Christi adventu in loca subterranea repente desuper facta est ex fulgore tenebrarum offusio, adversarum inferni potestatum oculorum aciem hebetans, quæ vociferationes tanquam aliqua tonitrua audiebant, & exercitus vi magna imperantes: tollite portas, qui inter vos principes estis, tollite, radicitus evellite, transportate, ut non amplius claudantur: tollite portas, qui inter vos principes estis, non quod tam impotens sit, qui hic adest Dominus, ut & portis occlusis ingredi non posset, verum ut servis fugitivis vobis imperat, ut æternas portas tollatis, amoveatis, & confringatis: unde imperat: tollite portas, qui inter vos estis principes; inter vos, sed non inter alios quispiam: denique principes, etsi enim hucusque mortuis male imperastis, non jam amplius inter vos ipsos, imo nec inter vos ipsos eritis principes; adest enim Christus janua cœlestis: viam sternite ei, qui ascendit super inferorum occasum: Dominus nomen ejus & Domini Domini exitus per portas mortis. Quare ne cunctemini: tollite portas, accelerate, nec differte. Si vero cunctandum esse vobis ducitis; ipsis portis sine manu subsistere jubemus: & elevamini portæ æternales: tunc simul potestates exclamarunt: portæ exsilierunt, simul catenæ solutæ sunt, simul claustra conciderunt, simul fundamenta concussa, simul adversæ pote-

oteſtates in fugam converſæ, horruerunt, repidarunt, obſtupuerunt; & ille quidem re hianti ſtabat, hic genibus faciem obtegebat, alter pronus hærebat, alter vero anquam mortuus rigebat: alius ſtupore orripiebatur, alius immutatus jacebat, lius introfugiebat: illic enim tunc concidit 'hriſtus in hac conſternatione; capita Dyaſtarum illic contremuerunt in eo, & laarunt fræna ſua dicentes: Quis eſt iſte ex gloriæ? Quis eſt hic tantus, qui cum intis talia hic patrat miracula? Quis eſt te Rex gloriæ, qui ea nunc in inferno fat, quæ nunquam in inferno facta ſunt? uis hic, qui educit hinc a ſæculo mortuos, & ſolvit noſtram invictam audaciam potentiam, & qui educit ex inferni cuodia a ſæculo in compedibus habitos? ontra quos vociferabantur Domini virtutes icentes: ſcire vultis o improbi tyranni, uis ſit iſte Rex Gloriæ? Dominus fortis potens, & inſuperabilis. Hic ille eſt; ui ex cœleſtibus orbibus expulit vos, o iſeri, & iniqui tyranni! hic ille eſt, qui aquis Jordanis contrivit capita draconum ſtrorum: ille ipſe eſt, qui vos per crucem oſcripſit, de vobis triumphavit, & morte os adfecit, hic ille eſt, qui vincit & in yſſum detruſit vos: ille ipſe eſt, qui in nem æternum transmittit & perdit vos: aare ne cunctemini, ſed properate, & vinos educite, quos ad hoc usque tempus ale abſorbuiſtis, imperium veſtrum jam ſſolutum eſt, veſtra tyrannis jam deſiit, arro-

arrogantia vestra repressa est, & interiit robur vestrum. Hæc Domini potestates adversis potestatibus dicebant, simulque properabant: & hi quidem carcerem ex ipsis fundamentis diruebant; illi vero contrarias potestates persequebantur: alii latibula & speluncas perscrutabantur, alii alter alterum Domino vinctum offerebant: alii tyrannum vinculis insolubilibus vinciebant, alii a sæculis vinctos dissolvebant. Hæc igitur ad eum modum, atque his plura cum in inferno fierent, omnesque clamarent, tumultuarentur, & trepidarent, cum adventu suo Dominus infirma loca penetraturus esset, Adam ille inaudivit Domini pedum strepitum ad vinctos advenientium, & cognovit sonitum ejus in carcere deambulantis, & conversus ad omnes una secum a sæculo vinctos ait: sonitum pedum cujusdam audio, qui ad nos ingreditur, qui si omnino huc advenire dignetur, nos e vinculis liberati sumus. Hæc & alia Adamo ad omnes una secum condemnatos dicente, ingressus est Dominus ad eos, victricia arma crucis ferens: quem ubi vidit Adam, præ stupore pectus verberans exclamavit ad omnes, dixitque: Dominus meus cum omnibus, & respondens Christus dixit Adamo: & cum Spiritu tuo. Et adprehensa manu excitat dicens, expergiscere, qui dormis, & surge a mortuis, & illucescet tibi Christus. Ego Deus tuus, qui propter te factus sum filius tuus, & propter hos, qui a te oriundi sunt; nunc dico, & impero

iis,

qui in vinculis erant, exite, & qui in
ebris, illuminamini, & resurgite, tibi
ecipio, expergiscere, qui dormis: etenim
ideo te feci, ut in inferno contineari
tus. Surge a mortuis, ego sum vita
rtuorum: surge opus manuum mearum:
ge, exeamus hinc; tu enim in me, &
in te una & indivisa sumus persona:
pter te ego Deus tuus factus sum filius
s: propter te Dominus servilem tuam
ciem sumsi: propter te veni in terram,
subtus terram: propter te hominem fa-
s sum sicut homo sine adjutorio inter
rtuos liber; propter te crucifixus sum:
ice faciei meæ sputa, quæ propter te
cepi: aspice mearum maxillarum alapas,
as sustinui: aspice mei tergi flagellatio-
m: aspice clavis pene ad lignum adfixas
anus meas propter te, qui manum ad
num male quondam extenderas, aspice
des meos adfixos in ligno propter tuos
des, qui male cucurrerant ad lignum
obedientiæ sexta die, in qua etiam sen-
ntia in te dicta fuit, & reformatio tua,
paradisi patefactio meo est labore per-
cta. Gustavi propter te fel, ut sanarem
am voluptatem: gustavi acetum, ut abo-
rem tuæ mortis acerbitatem: suscepi spon-
am, ut delerem chirographum tui pec-
ti: suscepi calamum, ut subscriberem li-
ertatem generi humano: dormivi in cruce,
mphæa penetravit meum latus propter te,
ui in paradiso obdormisti, & Evam ex
tere protulisti: meum latus sanavit dolo-
rem

rem lateris: meus somnus educet te ex inferni somno: mea romphæa romphæam coërcuit, quæ contra te vertebatur. Surge, eamus hinc: eduxit te hostis ex terra paradisi, ego vero te non amplius in paradiso, sed in cœlesti throno colloco: constitui Cherubim, qui famuli in morem custodiret te; facio, ut Cherubim pro eo ac Deum decet, adorent te; occultatus es a Deo ut nudus: verum ecce occuluisti in te Deum: necdum indutus eras pudoris pelliceam vestem; verum indutus sum ego Deus tuæ carnis sanguineam vestem. Quocirca surgite, eamus hinc a morte ad vitam, a corruptione ad immortalitatem, a tenebris ad æternam lucem. Surgite, eamus hinc a dolore ad lætitiam, ex servitute in libertatem, ex carcere in cœlestem Jerosolymam, ex captivitate ad paradisi delicias, in cœlum e terra; ideo enim mortuus sum, & resurrexi, ut & vivorum & mortuorum dominatum gererem: quare eamus hinc; pater enim meus cœlestis ovem, quæ periit, expectat: nonaginta novem angelorum oves conservum operiuntur Adam: cherubicus thronus adparatus est, geruli promti & parati, thalamus constructus est, parati cibi, æterna tabernacula & mansiones adornatæ: thesauri bonorum aperti sunt, regnumque cœlorum ante sæcula paratum est: quæ oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non ascendit, quæ bona hominem expectent.

Hæc

Haec & his similia Dominus cum loqueretur, resurgit cum eo, qui in ipso conjunctus erat Adam: surrexit una & Eva, & alia multa corpora, quae cum fide a saeculo dormiebant, resurrexerunt praedicantia Domini post triduum resurrectionem. Quam alacriter, o fideles! suscipiamus, videamus, & amplectamur, cum Angelis choros ducentes & festum celebrantes, simulque gloria adficientes Christum, qui nos ex corruptione excitavit, & vitae aeternae restituit. Cui gloria & imperium cum Patre principium non habente, & sanctissimo atque optimo, & vivificante suo spiritu, nunc & semper & in saecula saeculorum. Amen.



SANCTI EPIPHANII
EPISCOPI CYPRI
ORATIO IN SANCTAM CHRISTI RESURRECTIONEM.

DIONYSIO PETAVIO INTERPRETE.

Triduanus justitiae sol hodierna die resurrexit, creatasque res omnes sua luce collustravit: triduanus inquam ille, atque omnibus prior saeculis Christus, sic tanquam ortus germinavit, ac totum terrarum orbem laetitia complevit. Age diluculum, quod vesperam ignorat, intueamur: ante diluculum surgamus hodie, & hilaritatis luce com-

compleamur. Inferorum a Christo patefactæ sunt portæ, ac mortui velut a somno surrexerunt. Surrexit Christus eorum resurrectio, qui crediderant; & Adamum una secum excitavit. Resurrexit Christus communis omnium resurrectio, atque Evam a maledicto liberavit. Resurrexit Christus, eumque, qui deformis & invenustus erat, novo ornatu & hilaritate perfudit. Excitatus est velut dormiens Dominus, & hostes suos omnes fœdissima strage cecidit. Resurrexit, & creatis rebus omnibus gaudium adtulit: resurrexit, & inferorum vacuatus est carcer: resurrexit, & naturæ corruptelam ad incorruptum statum transtulit: resurrexit Christus, & Adamum priorem in dignitatem immortalitatis restituit. Quæ in Christo est Ecclesia, novum hodie cœlum est, cœlum inquam, aspectabili illo cœlo formosius: neque enim solem illum ambit, qui quotidie occidit, sed eum solem, quem in carne suspensum famulus iste Sol reveritus occidit; solem inquam, de quo ita propheta loquitur: orietur timentibus Dominum sol justitiæ; hic est ille sol, qui sapientiam insipientibus confert: qui in fidei nostræ firmamento fundatus est: propter hunc justitiæ solem Christum cœlum est Ecclesia facta, non crescentem aut desinentem lunam, sed perpetuo splendore micantem consecuta gratiam. Neque errabunda nescio quæ adtollens sidera, sed recens illuminatas ex piscina stellas educens. Non imbriferas nubes sed Theologos

Docto-

Doctores habet Ecclesia; neque ad aquas turbidas suspenditur, sed sacrorum dogmatum fundamentis innititur; hæc dies, quam fecit Dominus; exultemus spiritaliter, & divinis gaudiis lætemur in ipsa, ea quippe festorum nobis omnium est princeps: hoc ipsum festum est, de quo Spiritus sanctus his nos verbis hortatur: constituite diem solemnem in condensis simul usque ad cornu altaris: hoc est, totius mundi festum una & Encænia quædam exhibens & salutare: idem porro festum vertex est & arx festorum omnium: hoc festum, cui benedixit Dominus, & sanctificavit ipsum, quoniam in illo ab omni opere cessavit: ubi tam eorum, qui in terra, quam qui sub terra sunt, salutem perfecte molitus est: in eadem die simulacrorum & bestiarum sacra abrogavit: in ipsa adversariorum omnium vim & potentiam fregit: in ipsa gentilium ac dæmonum celebritatibus finem adhibuit: in ipsa cruoris immolati nidorem sustulit: in eadem tyranni dominatum & stimulum mortis infregit: in hac celebres ritus sacrificiorum & Neomœnias abstulit: in eadem novas creatis rebus sanctiones ac decreta præscripsit. In hac pascha legitimum ac judaicum antiquavit: in hac omne figuræ adumbrationis ac prophetiæ genus implevit. Pascha nostrum, pascha verum scilicet immolatus est Christus, & si qua est in Christo nova creatura, nova fides, novæ leges, novus Dei populus, novus inquam non vetus Israel; novum pascha, nova & spiritalis circumcisio,

novum

novum & incruentum sacrificium, novum & divinum sacrificium. Renovamini hodie, & Spiritum rectum innovate in cordibus vestris, ut illius festi mysteria percipiatis, ac cœlestibus deliciis perfrui possitis, & cognoscatis, quantum inter nostra & judaica discriminis intersit, quæque sit figurarum cum veritate comparatio.

Age vero de Christi paschatis & resurrectionis mysterio disputandi ac contemplandi inde nobis nascatur exordium. Quemadmodum enim ad populi salutem legislator a Deo Moyses e sublimi monte adumbrandæ legis imagini missus est, ita, quæ veritas ipsa est, legislator Dominus & Deus a Deo mons a monte ex cœlestibus montibus ad nostri populi salutem est missus. Verum Moyses a Pharaone populum exemit, Christus a diabolo nos liberavit: Moyses interfecit & arena obruit eum, qui Judæo faciebat injuriam: Christus diabolum in abyssum detrusit: Moyses duos fratres inter se rixantes pacificavit, Christus ambos populos invicem conciliavit, & cum terrenis cœlestia conjunxit. Illic Pharaonis filia inventum Moysen excepit; at Ecclesia Christi Christum excipit: illic noctu pascha celebravit Israel, hic cum luce interdiu pascha peragimus. Illic sub diei vesperam, hic in vesperam inclinantibus sæculi temporibus. Illic liminum foribus illitus est cruor, hic sanguine Christi corda fidelium obsignantur. Illic Moyses nocturno baptismo Israelitas lavit, illic popu-

lum

m nubes obtexit, at Christi populum altissi-
ni virtus obumbrat. Illic ad populi pœnam
nflatur virtus, hic ad salutem populi Dei
gnus immolatur. Illic aqua de petra prorum-
t, hic ex vivifico latere sanguis & aqua
ofluit. Illic temporarium manna comede-
nt, & mortui sunt, nos vescimur pane in-
tam sempiternam. Ejusmodi figura nostri
it paschatis, hæc tibi festi illius informan-
i notio: sic ea, quæ ad Moysen & Prophe-
s adtinent, ad hanc diem contemplatione
ferenda sunt, ut resurrectioni fidem adhi-
as. Plurimæ sunt resurrectionis a mortuis
guræ: hujus idonea testis est Isaaci jugu-
io: hujus item figura Josephi puteus fuit,
quem a fratribus est conjectus, unde ex-
rs mortis ascendit: eandem & Jeremiæ
lerna significavit, unde ex cœno evectus
t: resurrectionem Christi Jonæ cetus ad-
nbravit, e quo triduanus prodiit: Daniel
m in leonum caveam immissus Salvatoris
pulchrum indicavit; his fretus Judæos re-
rgue, his illos increpa, ad eum modum
ristí passionem & resurrectionem tuere:
ec tibi armorum subsidia hodierna suppedi-
bit oratio: hæc te mysteria celebritas ista
edocuit.

Verum quid deinde? num soli nos fe-
um illud solemne celebrabimus? an & de
eximis nostris solliciti erimus? recorde-
ur fratrum nostrorum, qui necessitate re-
m omnium premuntur, propinquorum in-
iam nostrorum, qui desertis in locis ege-
O 2 state

ftate conflictantur: his ergo qui gravi neceffitate laborant, mifericordiam adhibeamus; compatiamur cum fratribus noftris, alii verbis, alii beneficentia, precibus vero ad Deum universi. Obfecro vos, communis ad Deum pro illis hodie legatio fufcipiatur, fiat quæfo communis fupplicatio, quandoquidem eft & communis animadverfio. Audiamus dicentem: orate pro invicem, ut falvemini, & Chriftum ita loquentem: fi duo vel tres confenferint in orationem, de quacunque poftulatione, quam petierint, fiet ipfis. Magna funt arma preces Ecclefiæ & mutua confentientium inter fe oratio, præfertim quæ a fideli populo proficifcitur. Nemo dicere audeat, peccatores a Deo non exaudiri: multo enim libentius humilium & peccatorum preces excipit, eorum potiffimum, qui propter nomen ipfius afflicti, flagellati, cuftodiis macerati, vexati, probris ab hominibus adfecti, Chrifti fidem non abnegarunt. Magna funt arma iftorum hominum preces: hos ipfos enim reveretur Chriftus, propter quem quotidie periclitantur. Quam ob rem nos illorum orationibus confifi pro fratribus noftris, qui in calamitatibus verfantur, communiter ac conftanter vota faciamus. Magnum itaque, dico iterum, funt Ecclefiæ preces, ac præfertim a fidelibus captivis profectæ. Sæpe enim Rex populi fupplicatione commovetur, ac deprecanti turbæ damnatos relaxat. Quapropter a veftra omnium charitate contendimus, ut calamitoforum fratrum noftrorum follicite & conftanter me-

mine-

mineritis, atque in illa hora potissimum, qua pretio majorem omni Christi corporis margaritam in manibus excipietis. Hunc igitur in modum pro fratribus nostris ardenter oremus, & ita Christum adloquamur: Deus ac benigne Domine! qui unus ut olim, ita nunc bonus es, qui per pascha ab Ægyptiaca servitute Israelitas liberasti, eique per agni sanguinem libertatem indulsisti; idem & nunc per immaculatum corpus tuum ac pretiosum sanguinem mundum tuum ab acerba servitute libera: tu, qui peccatricis meretricis fletum admisisti, admitte modo & Ecclesiam tuam, & captivæ turbæ gemitus: qui fidelis latronis preces exaudisti, populi tui fidelis rationes exaudi: qui Petri pœnitentiam minime adversatus es, mendicorum nostrum omnium fletus excipe: qui Chananææ lacrymas non repudiasti, accipe & Ecclesiam parvam pro majore captivorum turba supplicantem, & ad te Deum hodie clamantem ac dicentem: Deus! qui post triduum a mortuis resurrexisti, fidelem tuum populum ab inimicorum manibus excita: qui Adamum e mortalium eduxisti numero, cornu Christianorum attolle; qui Deus olim & nunc existens servilem indutus es formam, humilem tuum a servitute populum eripe; qui infans esse nostra caussa voluisti, infantulos nostros a gladiis exime: tu, qui per illud tempus, cum esses Deus, in Ægypto cum matre peregrinatus es, a longinqua peregrinatione matres ac liberos revoca: qui pro multis venditus es, fac ut cesset plebis

Ecclesiarum tuarum ista venditio: qui propter nos Pilati verbera tergo tuo excepisti; qui in cruce vociferatus es, sitio, graviter sitientes & esurientes animas cœlesti rore perfundito. Qui cum sceleratis a sceleratis damnatus es, eripe nos a sceleratorum consilio: qui a nefariis tanquam maleficus nudatus es & ligatus, eos solve, qui vinculis alligati sunt. Qui inviolatæ matris tuæ fletum de cruce consolatus es, & tunc unguentum ferentibus mulieribus ave dixisti: cujus manus pretiosissimis clavis ac pedes suffixi sunt, quæsumus, o benignissime Domine! qui dixisti: tristis est anima mea propter mortem, populum tuum a dolore & morte libera: cui lancea perforatum latus est, hostium lanceam potenti manu tua confringe, atque ut fidelis olim latronis tui, ita fidelis tui populi memineris. Exurge, quare obdormis Domine? Quare hostes tuos patienter toleras? Quare averris faciem tuam a nobis? Surge, & ne repellas in finem: memento crucis tuæ, & misericordiarum tuarum Domine, qui quadraginta dies propter nos tentari voluisti; recordare populi tui, qui in desertis locis tentatur; qui procul a tua manu fugati sunt, & furore tuo vehementer castigati: qui ante mortem velut mortui ab hominibus ejecti sunt, præveni illos Deus, qui illos castigasti, præveni filios, quoniam & ipsi Christiani quondam fuerunt, oves gregis tui, & membra tua: iidem immaculati quondam corporis tui fuere participes, & nunc ferinorum corporum sunt participes.

ticipes. Quam ob rem respice ad illos Domine in miserationibus tuis: aspice miserorum istorum necessitatem, & benignitatem tribue; flagellasti, consolare: tradidisti, redime: quanquam nos saepius peccavimus, tamen iterum nostri memento, & nostras preces exaudi, quod ad eos praesertim adtinet, qui in desertis terrae locis oberrant fratres nostri Christiani, populi tui: licet enim nos in Ecclesiis cum fidelibus agamus, illi tamen in solitudinibus inter hostes periclitantur, & cum nos festis diebus splendidi degimus, illi in densissimis tenebris versantur. Ne tu illos destitue, sed una cum animadversione benignitatem exhibe, ne Judaei nobis insultent, & gentes illud usurpent: ubi est Deus eorum? ubi est Christus eorum, ubi est crux ipsorum? Ne ejusmodi jactare audeant, cito misericordiam tuam videant; praeveniant nos celerrime miserationes tuae, quoniam pauperes facti sumus valde: quod superest, intret in conspectum tuum genitus vinctorum: flectant te innocentium infantulorum, qui jugulantur, lacrymae. Haec dicentes supplices precamur, non pugnamus Domine, precamur, non tecum judicio contendimus: precamur, quoniam a gentilibus opprimimur: non pugnamus tecum, sed confitemur: ploramus, quoniam periclitantur & reliqui; quamvis enim peccatores simus, Christiani tamen sumus: licet humanitate tua simus indigni, nihilominus oves Ecclesiae tuae sumus in unum collecti. Has tibi preces pro captivo populo in hac triduana

tua resurrectione tibi nos inopes offerimus, sacerdotes cum plebe, juvenes, virgines, senes cum pueris, infantes cum matribus, omnium in te credentium animae: quos quidem omnes ab imminentibus periculis eripe, ac tuo regno dignos effice, gratia & benignitate unigeniti tui filii, ac Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, cum sanctissimo & vivifico ipsius Spiritu nunc & semper in saecula saeculorum. Amen.



SANCTI EPIPHANII

EPISCOPI CONSTANTIÆ CYPRI DE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI ASSUMTIONE ORATIO.

THEODORO PELTANO INTERPRETE.

BENEDICTUS DEUS.

Corporis ornamentum est caput corpori impositum: & festorum decus est festum hodiernum. Celebramus enim Christi Domini secundum carnem ascensum, quod sane festum dominicorum omnium complementum exhibet. Ut enim caput totam corporis constitutionem exornat; ita hodierna festivitas divinae gratiae pulchritudinem quasi colophonem illi imponens mirifice illustrat. Verum multi magnitudinem illius ignorantes haud ita magni illud faciunt; cum ipsa tamen

em rei natura, caeteris omnibus celebritati-
is illustrius esse convincat: quemadmodum
ex orationis serie perspicue cognoscere li-
t. Velis proinde aurae popularis contractis
monumque juxta humanam sapientiam
is me precibus adjuvare. Primum enim
ter festos dies locum sibi vindicat veneran-
is admirabilis Christi Domini secundum
rnem adventus, quin enimvero summa
neratione dignus videatur summi Dei de-
ensus? Quis non miretur omnium Domi-
um servili forma sese vestire; deinde con-
quitur Theophania, sive festum Epiphaniae;
iod contemplationis materiam primo illo
fert sublimiorem: quandoquidem in Christi
italitiis stella tantum divini verbi erat: eum
agis Christum prodidit. In hac autem Epi-
ianiae celebritate Joannes ad omnes incla-
at: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pec-
ta mundi! Quod Baptistae testimonium
risto baptismo Joannis jam tum initiato
hibitum coelestis Patris voce publice con-
matum est: Vox enim e coelo audita est:
ic est filius meus dilectus, in quo mihi
mplacui. Sed neque haec quoque solemni-
s laetitiam numeris omnibus perfectam
mplectitur. Constat namque, mortale Chri-
corpus per resurrectionis gloriam per id
mpus nondum induisse. Tertia inter anni-
rsarias Christi solennitates est dominica re-
rrectio, quae salutarem Salvatoris perpes-
nem proxime consequitur. Haec eos, qui
r baptismum sanguinis ipsius splendoribus
llucent, ac per aquam regenerantur, &

Spiritum sanctum vivificum accipiunt. Per hanc mundum collapsum ipsumque Adamum Christus instauravit. E ligno Adam mortem decerpserat, per crucis lignum mundus vitam receperat. Atque illud quidem festum duobus præcedentibus velut illustrius non injuria antepositum est; in hoc enim immortalis per mortem mortem peremit, vitamque immortalem mortuis conciliavit. Sed neque illud quoque, quod Christum excitatum a mortuis in terris adhuc detinet, gaudium ex omni parte consummatum offerebat. Et sane Pentecostes lætitia, in qua Apostolis Spiritus S. datus est, magna, immo vero major, quam ulla oratio adsequi valeat. Verum hodie in festo ascensionis uberius lætitia cumulata fuit. Hodie quippe Christus Dominus sidereos cœlos aperiens, ac subtilissimi ætheris iter e terra ad cœlum patefecit, & universis angelis immensum gaudium adferens novum mundo spectaculum ostendit; videlicet carnem nostram supra regium solium evectam. Ubi nunc sunt, qui Cyrtensibus ludis, & equorum cursibus capiuntur? Quos aurigarum celeritas delectat? Agedum: sentite & aurigam per cœlorum spatia admirabiliter gradientem cernite. Adeste quæso; novumque & stupendum agonem spectate; nempe creaturæ opificem hominis naturæ quasi vehiculo insidentem, qui non currum incomposite in terra regat, sed qui novo more cursum per cœlos tentet, & cœlestem metam primum occupet. At vero Judæi invidia obcæcati veritatem audien-

dientes, quemadmodum Christus in coelos sit adsumtus, objiciunt: quid vos, inquiunt, Christiani gloriamini, quod Christus adsumtus sit? Nam & Elias, cum homo esset, parem consecutus est gloriam, & ipse quoque in coelum receptus est. Quibus nos ejusmodi oratione audacter obviam imus: cur caeci Judaei sacros libros praedamini, & quae in illis exarata sunt, accurate non expenditis? cur legitis, & non intelligitis? Ecquid quaeso divina scriptura de Elia protulit? Nunquid adsumtum esse in coelum? Nequaquam: prodidit autem adsumtum esse quasi in coelum; atque verba ista quasi in coelum ambiguam significationem continent: Haec autem: in coelum, veritatem planissimam exponunt. Quod autem neque Elias, neque ullus alius in coelum ascenderit, sed is tantum, qui de coelo descenderat, nempe unigenitus Dei filius, hoc ipse de se ipso perspicue verbis testatum facit: nemo, ait, ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo filius hominis, qui est in coelo. Nimirum pastor ille bonus, qui nonaginta ovibus, hoc est, angelis in montibus coelestibus relictis errabundam ovem quaesivit, & inventam humeris clementer impositam ad coelestem portum adduxit, adductam autem coelesti patri muneris loco obtulit, dicens: Pater! inveni errabundam ovem, quam servus diabolus callide & fraudulenter circumvenerat, omnemque viam improbitatis docuerat, ac divinae cognitionis puritatem idololatriae coeno commaculaverat. Cum itaque improbae vitae luto prorsus infi-

ctam vidissem, divinitatis meæ dextera porrecta celeriter eam erexi, commiserationemque meam late diffundens in Jordanis flumine ablui, ablutam suaveolenti Spiritus sancti unguento perunxi: & nunc per resurrectionem ad te veni, munusculum divinitate tua haud indignum oblaturus, ovem videlicet ratione præditam. Hodie diabolus corpus nostrum in cœlum sublevatum cernens calamitatem suam deplorat; hodie peccatum propter Jesum adsumtum veluti fumus disparet, & diabolus plorans ejusmodi nœniam edit: quid faciam infelix? omnes, quos a sæculo vinctos detinebam, instar accipitris lapsu incitatissimo advolans mihi intercepit, meque alis exutum in terram deturbavit. Decepit me Mariæ filius: ignorabam equidem Deum in humano corpore abditum latere: cernebam illum mortali corpore indutum, ratusque hominem tantum esse, Judæos adversus illum concitavi, & quæ per me ipsum tentare non audebam, ea per illos confeci. At vero videns illum tertia die prout prædixerat, a mortuis resurrexisse, repente veluti acuta cuspide undique trajectus in terram concidi; cæterum dum hæc adversus illum commíniscor, video illum non absque ingenti gloria in cœlum subvolare; quo Psalmista David spectans jam dudum ita clamabat: omnes gentes plaudite manibus, exultate Deo in voce exultationis: quoniam Deus excelsus terribilis, & Rex magnus super omnem terram: ascendit Deus in jubilo, Dominus in voce tubæ. Volo pone illum insequi, & ecce ve-

lut

tut plumbum deorsum detrahor. Quid faciam miser? ex omni loco & regione me abigit: e cœlo tanquam lapidem cum impetu me dejecit in terram: eo vero dejectus in aquis occultare me volui; at ille in Jordanis flumine inventum & comprehensum tanquam tetrum draconem flagris concidit. Studeo rursum vel in terris angulum aliquem obtinere, & omnes mox veluti dominici pascui custodes sublatis vocibus contra me insurgunt & vociferantur; Domini est terra & plenitudo ejus: orbis terrarum, & universi qui habitant in eo. Eadem rursus hians occulti doloris magnitudinem non sine gravi rugitu supplicavit. Verum Christus carnem e terra formatam sibi adscivit, adscitamque in cœlis constituit; at repit subinde diabolus per fornicationem, eam contaminare contendens: at tu tanquam fidus custos animæ oculum semper vigilem habens latronem illum mentis tuæ numina violare non sinas, ut plena victoria potitus ad illum dicere queas: dominicam possessionem o diabole non prodidi: Domini enim est terra, & Ecclesia Christi, quæ ubique cœlesti pluvia irrigata varios fructus perpetuoque virentes fundit. Porro autem veræ pietatis præcones postremum Domini adventum omnibus palam denunciantes inter cætera dicebant: Quemadmodum vidistis illum euntem in cœlum, ita veniet: visi sunt enim duo viri in stola candida: duo quidem, quo veritate fidem faciant: viri autem quo ad virile animi robur discipulos confirment: in veste autem candida, quo auditorum con-

scien-

ſcientias illuſtrent. Et quid igitur viri illi prædicabant? Viri Gallilæi! quid ſtatis aſpicientes in cœlum? quid cœlum oculis defixis intuemini? Eum potius qui cœlum condidit, mentis veſtræ luminibus hymnis & laudibus extollite, ac ſtupendam illius clementiam & animi demiſſionem ſummi miraculi loco ducite: quandoquidem ille eſt, qui hominem terrenum ſibi conſociavit, & conſociatum inter cœli cives adſcripſit. Papæ! quo humi jacentem evexi? quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic Jeſus qui aſſumtus eſt a vobis in cœlum, ſic veniet, ſic. Quomodo? corpore noſtro veſtitus, calvorum veſtigiis inſignitus, latus lancea perforatum omnibus oſtenſurus, ut Judæi videant, in quem olim confixerunt; nos autem digni habeamur, qui vultum illius cum fiducia conſpiciamus; & promiſſorum bonorum participes efficiamur, gratia & clementia Domini noſtri Jeſu Chriſti, cum quo Patri & Spiritui ſancto ſit gloria, imperium & honor, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.



SANCTI



SANCTI PATRIS
NOSTRI EPIPHANII
EPISCOPI CONSTANTIÆ CYPRI DE LAUDIBUS S. MARIÆ DEIPARÆ ORATIO.

JOANNE PICO INTERPRETE.

Miser ego sum, qui effulgentes splendores Deiparæ radios terribiles & incomprehensas facultates, cœli & terræ inhabitatæ, admirandumque propitiatorium verbis consequi tentavi. Nam memoria contemplationis horrendæ exagitans tremebundam animam meam non mediocriter adflixit: quis enim hujusmodi mysterio exprimendo queat sufficere? Quodnam os illud pronunciare, & quæ lingua proferre? Dicam ergo de Deipara, quatenus adsequor: denuo tamen vereor, utpote qui lingua non sum præditus idonea ad ea dicenda, quæ sunt valde magna: pertenuem enim habet vocem illius habita ratione, & imminuta est lingua, quæ pro dignitate facultatem dicendi non habet: illa siquidem etiam cœlorum virtutes in stuporem convertit: obstupuerunt omnes Angeli, Archangeli, Principatus, Potestates, Throni, Dominationes, Cherubim ac Seraphim, & Angelorum universus exercitus tremore gravi detenti, quia cernebant illum, qui habitat

bitat in coelis, per eam versari in terra, & exhorrescebant. Spectabant virginem, coelum & thronum, & formidabant, dum conspicerent eum, qui principio caret, descendentem a throno Cherubico in utero virgineo sedere.

O beata radix! quae hanc produxit: De hac Esaias propheta more hirundinis submurmurat, ignea lingua exclamans; exurget virga de radice Jesse, & flos de radice ascendet & requiescet super eum Spiritus timoris Dei. De radice Jesse ortus est Rex David; & de tribu Regis David sancta virgo. Sancta inquam, & sanctorum virorum filia, cujus parentes fuerunt Joachim & Anna, qui quidem in vita sua Deo placuerunt, atque etiam fructum ejusmodi germinarunt sanctam virginem Mariam, templum simul & matrem Dei. Joachim porro Anna & Maria hi tres Trinitati palam sacrificium laudis offerebant: Joachim enim interpretatur praeparatio Domini, eoquod ex illo praeparatum sit templum Domini, nempe virgo: Anna rursum similiter gratia interpretatur, propterea quod Joachim & Anna gratiam acceperunt, ut accedentibus precibus talem fructum germinarent, sanctam virginem adepti: Joachim siquidem precabatur in monte, & Anna in horto suo. Anna vero gravida evecta coelum & thronum Cherubicum peperit sanctam puellam Mariam: illa enim reperietur esse coelum, templum, & thronus; quia Mariam interpretari solemus Dominam, atque etiam

spem:

ſpem: peperit enim Dominum, qui eſt ſpes totius mundi nempe Chriſtum. Rurſum nomen illud Maria interpretatur myrrha maris; myrrham vero aliquis dicet de immortalitate, eo quod paritura eſſet gemmam immortalem in mari, hoc eſt in mundo, cui virgo tranquillitatem contulit, dum portum peperit Chriſtum. Rurſum Mariæ beatum nomen interpretatur illuſtrata, utpote quæ illuſtrata ſit filio Dei, & usque ad terminos terræ credentes Trinitati illuminaverit: ſancta enim puella virgo Maria eſt ſponſa Trinitatis, & theſaurus diſpenſationis plane arcanus, cui Gabriel inquit: Ave gratia plena, Dominus tecum. Subjunxit Gabriel: & pater miſit arrhabonem de cœlo, Spiritum ſanctum, præparans unigenito filio cœleſti ſponſam, quam pater dilexit, filius inhabitavit, Spiritus ſanctus percupivit: ipſa eſt enim ſponſa & thalamus, & ex ea ſponſus procedit Chriſtus, juxta Davidis cantionem: in ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. O ſponſi deſiderium ſummæ puritatis: propriam ancillam ſponſam & matrem ſibi deſpondet: Gabriel effectus conſiliator virginis cœli & terræ incenſum una copulat: quærebat igitur Virgo conſpicere, quem deſiderabat, inquiens: ubi eſt ſponſus, pulchritudo, totius formæ gloria ineffabilis, lumen quod extinqui nequit, ſol, qui radium exquirit? Ubi Angelorum adoratio, quam Gabriel indicavit? Ubi ſolus patris unigenitus filius, quem

quem virgo redamat, & cui Gabriel ait: Ave Maria gratia plena, Dominus tecum: Ave gratia plena: gratia ſanctæ Virginis eſt immenſa. Ave gratia plena, multis virtutibus exornata virgo in lampade geſtans lucem inextinquibilem ſole ſplendidiorem, continens manna cœleſte, & ſitientes perennis fontis dulcedine ſatians.

Ave gratia plena! mare ſpirituale, habens gemmam cœleſtem Chriſtum, ſplendidum cœlum, quæ in cœlis incomprehenſum continet Deum: quæ cherubicum thronum divinitatis fulgore ſuperas: quæ cœli circulum habes, & Deum incomprehenſum. In te vero comprehenſum nec arctatum contines. Ave gratia plena, nubes columnæ ſimilis, quæ Deum habes, qui populum deduxit per deſertum: quid dicam? quo pacto beatam prædicabo gloriæ radicem? ſolo enim Deo excepto cunctis ſuperior exiſtit: natura formoſior eſt ipſis Cherubim & Seraphim, & omni exercitu Angelorum, cui prædicandæ cœleſtis ac terrena lingua minime ſufficit, imo vero nec Angelorum: etenim ipſi quidem hymnum & laudem protulerunt, non tamen eo modo eloqui pro dignitate potuerunt. Lætabantur quidem Angeli tanquam ipſi duntaxat Deum haberent; ſed iis ſanctiſſima virgo ſuperior facta eſt, quæ Deum habitantem in cœlis concepit in terra, ut verſaretur cum hominibus. Ipſa ergo eſt cœli & terræ mediatrix, quæ unionem naturaliter peregit. O beata Virgo,

colum-

columba pura & ſponſa cœleſtis, Maria, cœlum, templum, & thronus divinitatis, quæ coruſcantem in cœlo & in terra ſolem habes Chriſtum: nubes lucida, quæ fulgur de cœlo lucidiſſimum ad illuminandum mundum deduxiſti Chriſtum: nubes cœleſtis, quæ tonitruum ſpiritus ſancti in ſe ipſa reconditum deduxit in mundum, & imbrem ſpiritus ſancti in univerſam terram ad producendum fidei fructum cum impetu emiſit.

Ave gratia plena, porta cœlorum, de qua propheta vociferatus eſt his verbis: erit porta clauſa, & nullus ingredietur per eam, nec egredietur præterquam Dominus Deus ſolus. De hac porta etiam in canticis propheta in diſcurſu orationis plane & aperte proloquitur, inclamans: O Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. Cant. 4. Manſit in virginitate ſancta Maria, habens intus Deum verbum, ad quam Eſaias: Ecce nubes lucida, ecce nubes levis, & veniet in Ægyptum; & Daniel: Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, Daniel. 2. h. e. absque viro Chriſtum Virgo peperit: ipſa templum minime compoſitum, quæ lapidem cœleſtem habet Chriſtum: ipſa nubes tonitruiformis, quæ fulgur interius in utero geſtat, ipſa eſt ager minime cultus, quæ verbum velut granum frumenti ſuſcipiens etiam manipulum germinavit: ipſa clibanum intellectuale, quæ ignem & vitæ panem habebat: ipſa eſt ſancta mater Salvatoris, quæ verbum Patris ex ſe in-

carnatum peperit. O virgo pura, sancta mater Domini, beata sponsa Trinitatis individuæ: beata tu inter mulieres, quæ sola in terra Deum concepisti: cujus ubera suxit is, qui alit universa. Sancta Maria, Virgo Deipara! quæ verbum ex te incarnatum peperisti: Deipara existis, quia Deum Verbum incarnatum peperisti: quæ sola solius Dei unigenitum filium genuisti: ovis immaculata, quæ peperit agnum Christum, fidei mensa intellectualis, quæ panem vitæ mundo suppeditavit. Quid dicam, & quibus verbis explicabo gloriam tuam? de hac enim sancta puella semper Virgine Deus per prophetam ait: ex te mihi exibit Dux, qui sit dominator in Israel &c. Mich. 1. O Virgo sancta, lucis æternæ mater, lucis, quæ in cœlis illuminat copias angelorum, & illuminat fines terræ ad credendum Trinitati. O Virgo sanctissima, quæ exercitus Angelorum in stuporem deduxisti: stupendum enim est miraculum in cœlis: mulier amicta sole, stupendum miraculum in cœlis, mulier gestans lucem in ulnis. O sanctissima Virgo, mater Salvatoris, quæ genuisti principio carens verbum, filium scilicet consubstantialem patri, & Spiritui sancto, qui cum Patre & Spiritu sancto est ante sæcula, qui concameravit cœlos, & terram condidit. Ave sanctissima Virgo, quæ velut rubus intellectualis absque combustione divinitatis ignem tenes: clibanus intellectualis; qui ignem & panem vitæ mundo in esum adtulit, de quo salvator mundi Christus ait: accipite & come-

comedite: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum. Matth. 26. Locuples eſt & virtutibus plena menſa virginea, optimis cibis abundans, quibus terra fruatur, largita eſt ſancta Virgo & mater Chriſti, quæ ſplendidam lucernam relucentem in cœlo & terra Chriſtum geſtavit.

O candelabrum virgineum, quod illuſtravit tenebris involutos, repellens tenebras, & lucem ſplendere faciens, quod ignem & oleum inſeparabile ad illuminandum intulit: quod ab altiſſimo throno accepit terlucidum ignem, unum inextinquibilem, conſubſtantialem, & ad illuſtrandam terram reſplenduit. O corona regia, pretioſiſſimum habens lapidem Chriſtum: purpura regia, quæ cœli terræque regem induit: univerſale corporis indumentum purpuram referens, conſtantiſſima Chriſtianorum fides: liber incomprehenſus, quæ verbum & filium patris mundo legendum exhibuiſti. Beata inter mulieres, quæ verbum ex te incarnatum peperiſti, verbum inquam patris, filium verbum initio carens & æternum, verbum cum Patre & Spiritu S. unitum, Verbum, quod creavit Angelos, quod extendit cœlos; & terram condidit. O Beata Virgo! quæ gloriam cœleſtem portaſti, & ex multis floribus paradiſi mundum odore bono repleſti, virgo & lilium immaculatum, quæ roſam immarceſcibilem genuit Chriſtum. Vitis veritatis fertiliſſima, quæ licet non foſſa, uvarum

P 3 tamen

tamen feracissima, nempe quæ maturam uvam germinavit Christum. Quamobrem sanctissima Virgo! fac nobis fidem, qua ratione germinaveris. Ego ait, Virgo incorrupta, Emanuelem gestavi in utero incorrupto, in ventre impolluto, similis effecta throno cherubico, in qua caro factum est verbum Patris. Non experta nec cognoscens virum peperi Deum, qui est ante sæcula, ipsum Christum. Nam etiam nunc sum virgo post partum, purior, si dicere licet, quam antea. Sine labore peperi: non novit natura humana partum meum, excepto solo Deo, qui in me habitavit. O Virginem stupendum Ecclesiæ Dei thesaurum, qui adeptus est ingens mysterium! O uterum impollutum, habentem circulum cœlorum, qui Deum incomprehensum, in te vero comprehensum portasti: o uterum cœlo ampliorem, qui Deum in te non coarctasti: qui cœlum es septem circulis constans, septem cœlis sublimius, qui es octavum cœlum septem firmamentis celsius! Quid dicam aut quid loquar de præclara & sancta Virgine? Desiderium me trahit, ut de Deipara verba faciam, & formido me retinet in silentio, ut qui non habeam facultatem dicendi pro dignitate.

Animus hortatur, & mens deterret: ille trahit me, iste vero me abstrahit: cum ergo ab utroque distinear, expedit mihi, ut sermonem habeam de sancta virgine: dico proinde, illam esse cœlum, thronum & crucem,

cem, extendere eam suas ulnas, & Deum portare: thronus cherubicus cruciformis est & cœlestis, de qua per scripturas dicitur: ave gratia plena, splendidum cœlum, ave gratia plena, quæ habes cœlum de cœlo lucidis facibus corruscante, utpote solem Christum. Virgo plurium nominum & multorum, quæ inventa est velamentum quoddam intellectuale corporis universalis, cherubim transscendens: illa enim avertuntur, cum nequeant spiritalem ignem divinitatis suis oculis intueri, hæc autem apertis oculis fixe intuens incomprehensibilem, & omni expertem oculum Christi cum desiderio salutabat. Exercitus Angelorum sunt scabellum pedum Christi, hæc vero labia labiis conjungens incomprehensum salutabat.

Virgo sublimior Angelis facta est, superior cherubim & seraphim, placens Christo Regi, a Deo in honore habita, sancta mater immaculata, quæ genuit Christum: quæ stabulum gloria coronasti: quando virgo in spelunca citra laborem prægnans cœli & terræ Dominum deposuit in præsepio tunc etiam ordines Angelorum circumstabant virginem cum clamore dicentes: gloria in altissimis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Luc. 2. Quapropter etiam pastores, qui ruri pernoctabant, hujusmodi glorificationem Angelorum audierunt de salvatore, & celeri cursu properantes lucem adoraverunt; spectantes miraculum insolens, ancillam Domini & virginem in terra ver-

ſantem evaſiſſe ſponſam cœleſtem; ipſa enim & ſponſa, & thalamus & Dei mater viſa eſt in ſtabulo, quando peperit infantem Chriſtum: & poſt hæc magi a partibus Orientis a ſtella ſplendida illuſtrati & deducti peracta itineris ab Oriente longitudine venerunt Bethlehem ad adorandum puerum: & cum ad civitatem Jeruſalem perveniſſent, occultari cæpit ſtella: illi vero perturbati, eoquod viæ ducem perdidiſſent, neceſſitate cogente interrogabant incolas civitatis, ubi natus eſſet Chriſtus: quod quidem miraculum inauditum omnes exiſtimabant: de quo cum accepiſſet Herodes, turbabatur vehementer, & vocatis Sacerdotibus percontabatur eos, ubi Chriſtus naſceretur: illi autem dixerunt, in Bethlehem naſci Chriſtum juxta Michæam Prophetam. Quid igitur magi, quorum cor turbabatur, quorum oculi lacrymis fluebant. At vero quonam pacto occultatur eis ſtella? hac de cauſſa abſconditur eis ſtella, ut, dum percontarentur incredulos ſacerdotes, manifeſtum redderetur omnibus cœli & terræ myſterium. Quapropter, ubi cognoverunt omnes, rurſum apparet ſtella magis, donec inveniſſent ſupra infantem in ſtabulo, vel potius in cœlo, ubi enim Chriſtus, ibi & cœlum. Illi ergo cum vidiſſent ſtellam, gaviſi ſunt gaudio magno, & incurvantes ſe adoraverunt & obtulerunt aurum, thus & myrrham, aurum velut regi, thus tanquam Deo, & myrrham tanquam mortali: vel potius ut indicarent ſepulturam creatoris & opifi-

opificis omnium Christi, quem peperit sponsa cœlestis Maria. Angeli accusabant Evam; nunc vero Mariam gloria prosequuntur, quæ mulierum infirmitatem vere gloriosam reddidit, quæ ipsam Evam erexit, & Adamum e paradiso ejectum in cœlos misit, paradisum clausum aperuit, & per latronem rursus Adamum complantavit: per te enim homines fiduciam habent in cœlo erga altissimum: per te crux resplenduit per universam terram, in qua quidem cruce pependit filius tuus Christus, Deus noster: per te mors conculcatur, & spoliatur infernus: per te ceciderunt idola, & excitata est notitia cœlestis: per te cognoscimus unigenitum filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum, quem omnes angeli atque homines orantes dicimus principio carentem patrem, carentem principio filium, & principio carentem Spiritum sanctum, Trinitatem inviduam & consubstantialem glorificantes, in sæcula sæculorum. Amen.



SANCTI EPIPHANII
EPISCOPI CONSTANTIÆ CYPRI
TRACTATUS
DE
NUMERORUM MYSTERIIS.
DIONISIO PETAVIO INTERPRETE.

DE FIDE.

Fides est quiddam, quod Deum spectat, qui neque contrectari, neque comprehendi, neque contemplatione percipi, neque curiosa pervestigatione capi, neque explorari potest; sed silentio colitur, & mente adoratur. Fixa sedes animæ, fundamentum vitæ, viva radix, ramus incorruptus, immortalitatis fructus, sperandarum rerum substantia, argumentum non adparentium, sanctorum omnium justificatio.

DE SANCTA TRINITATE.

Trinitas simplex, minime composita, quam nulla conjectura assequi, nulla explicare possit oratio: inenarrabilis, interminata, Pater, Filius & Spiritus sanctus: consubstantialis in omnibus, confessione, vi, actione, divinitate, magnitudine, hypostasi solum ac nominibus distincta, vi porro atque effectis

effectis conjuncta. Trinitas sæcula omnia antecedens, principio carens, senectutis expers, immortalis, nullum finem habens, neque crescens, neque desinens, semper eodem in statu, eodem modo consistens. Quæ non modo reperta, sed semper adorata, apostolorum voce prædicata, ab Ecclesia fideliter magnificata: Omnipotens, omnia prospiciens, opifex, benigna, bona, rei nullius egens, perfecta.

Quod & Trinitatis ipsius numerus, qui in sacris literis exprimitur, mysterium & admirationem continent.

Cherubini tertio prædicant sanctus, sanctus, sanctus Dominus. Tria sunt elementa magna, cœlum, terra, mare. Tria nobis insita, mens, spiritus, ratio. Tres sunt patres, Adam, Seth, Enoch. Tres Patriarchæ, Abram, Isaac, Jacob. Tres angeli ad Abrami tentorium. Tres Abrami sacrificii dies. Tres similæ mensuras Sara angelis, quos receperat, apposuit. Tres virgas decorticatas Jacob canalibus, quibus pecora adaquabantur, immisit. Tres annorum decuriæ, quibus exactis Pharao Josephum provexit. Tribus mensibus Moyses apud parentes latuit. Triplicata ter Ægyptiorum flagella novem confecerunt. Post tres ab Ægyptiaca migratione menses scripta lex est: Tria solitudinis commoda, aqua, coturnix, manna. Tribus temporibus Moyses coram Domino adparuit. Tres fuere sacerdotes, Moyses,

ses, Aaron, Samuel. Tres insignes duces, Jesus Nave, Caleb, Jephone & Phinees. Tres adversus Amalec in colle stantes, Moyses, Jesus, Or. Tres potentiores judices: Gedeon, Jephthe, Samson. Tres senes interventores filiorum Israel, Moyses, Job, Daniel. Tribus hebdomadis Daniel jejunium pertexuit. Tres pueri, qui aureum simulacrum adorare noluerunt, Sidrach, Misach, Abdenago. Propter tria concutitur terra, ait Salomon, cum servus regnat, cum fatuus cibis satiatur, & odiosa mulier, quando virum bonum sortitur. Tria sunt, quae satiari nequeunt, infernus, amor mulieris, arida terra. Tria comprehendi non possunt: vestigia volantis aquilae, via serpentis super petram, semita navis in mari vela facientis. Tria sunt, quae praeclare gradiuntur: catulus leonis, fortior omnibus bestiis, gallus obambulans inter foeminas animosus, hircus caprarum gregi praeiens. Tres sapientes foeminae, Thecuitis, Sunamitis, Abigail. Tres mulieres prophetissae ac tympanistriae, Maria, Thebora, Judith. Tres mulieres sanctae, Sara, Rebecca, Lia. Tres laudati Reges, David, Ezechias, Josias. Tres rerum ordines. coelestium, terrestrium, infernorum. Tres virtutes, fides, spes, charitas. Tria dona divinitus profecta sunt, regnum, sacerdotium, prophetia. Tria tempora praesentium, perfectorum, futurorum. Tres justorum possessiones: paradisus, Abrahami sinus, regnum coelorum. Tria peccatorum supplicia, tenebrae, vermis, gehenna. Tres

mundi

mundi renovationes: prima, quæ Noëmi temporibus accidit, altera Christi, tertia in fine mundi. Ter concisa bovis membra, cum lignis Elias aspergens aquam ignem e cœlo devocavit. Ter de die Daniel orare consueverat. Tribus mensibus in domo Zachariæ virgo permansit. Tria sunt a Magis oblata Christo munera, aurum, thus, myrrha. Tria baptismi genera, legale, Joannis & Domini. Tres baptismi invocationes Patris & Filii & Spiritus S. Tres immersiones ac totidem emersiones baptismi. Tres Domini de diabolo victoriæ, cum edere noluit, licet esuriret, cum scelestum illum non adoravit, cum se ipsum non demisit. Tres post baptismum Christi consecuti sunt dies, antequam optimum in vinum aqua verteretur. Tres ab unigenito Dei filio virginis increpationes profectæ: quid erat, quod me quærebatis? nonne sciebatis, in iis, quæ ad patrem meum adtinent, esse me oportere? Deinde: quid mihi & tibi mulier? Denique: quinam sunt fratres mei? Tres discipuli, quibus plus cæteris confisus est Christus, Petrus, Jacobus, Joannes. Tribus annis Dominus prodigia edidit. Tribus annis fructum quærens ad ficum Dominus venit, neque reperit. Tribus imprecatus est Dominus, ficui: non amplius ex te fructus prodeat in æternum: synagogæ: lapis super lapidem non manebit: Judæ: væ homini illi, per quem filius hominis tradetur ad crucifigendum. Tribus diebus ac noctibus Jonas in ceti ventre permansit. Trium dierum spatio

spatio definita est adversus Ninivitas decreta sententia. Triduana Salvatoris mors fuit, & triduana a mortuis præpotens resurrectio. Post tres dies Paulus oculis captus visum recuperavit. Ter ob stimulum carnis Dominum rogavit, ut discederet a se. Per naufragium fecit. Tertium in cœlum est evectus. Tria farinæ sata mulier illa, quæ regno cœlorum assimilatur, accipiens, & in exiguum fermentum abscondens totam massam fermentavit.

Quod duplicatus idem ternarius in sacris literis maximis in rebus observetur.

Sex diebus mundum Deus fabricavit. Sexta die formavit Adam. Sexta hora nudatum a peccato sub vesperam quæsivit. Sexies Abrahamo visus est, primo in Charran, — tertio in somnis, quarta cum literam ad ejus nomen adjecit: quinto ad quercum Mambre sub meridiem, hora sexta: postremo in unici filii sacrificio in monte. Sex annis hebræos servire Deus voluit. Sexto mense Gabrielem misit ad virginem. Sex in hydriis aquam vertit in vinum. Sexta hora cum Samaritana ad puteum collocutus est. Ante sex dies paschæ Lazarum excitavit. Hora sexta in cruce suffixus latroni conciliatus est. Sexies postquam a mortuis resurrexit, videndum se præbuit: mulieribus, Cleophæ, discipulis absente Thoma, itidem Thoma præsente: Petro & Joanni, cum rete cepissent: postremo denique die quo in cœlum assumtus est.

est. Sexies, ut ait Paulus, fratribus apparuit, Cephae, decem ex illis quingentis, semel Jacobo, Apostolis omnibus, ipsi denique Paulo sex a Domino nostro Jesu Christo ingentia sunt perfecta mysteria, ut Paulus testatur, impletus est in carne, justificatus est in spiritu, visus est angelis, prædicatus est in gentibus, creditus est in mundo, assumtus est cum gloria. Sex literis magna nomina scribuntur: Adonai, Sabbaoth, Dominus, Medicus, Maria.

Quod & septenarius perfectus sit numerus.

Septimo die requievit Deus ab omnibus operibus suis. Septem ultiones exsolvit is, qui Cainum interfecit; septem enim peccata nefarius ille commiserat, invidiæ, doli, parricidii fraterni: tunc quod primus homicidii magister extitit: parentibus mœrorem adtulit, & Deo mentitus est, ideo septem illi pœnæ sunt inflictæ: nam & maledictam terram incoluit, cum eandem exercuit: intuens lugebat, tremebat, se omnium subducebat oculis, quocunque prætereunte trepidabat: certo denique signo certo est agnitus. Primus Enoch ab Adamo vero septimus placuit Deo, & velut triticum a zizaniis separatus est. Septem annos Jacob servivit Laban. Septem ovium agnos Abrahamus Abimelech largitus est in testimonium juris, quod in puteum habebat. Septem boves fœdosæ famem, septem spicæ plenæ fertilitatem in somno

somno Pharaonis figurabant. Septem tubas sacras Jesus Navë tulit, quando Jerichuntinos muros dejecit. Anno septimo Judæi hebræos a servitute liberos emittunt. A die decima quinta usque ad vigesimam primam septem dies erant festi, quibus Judæi pascha celebrabant. Septem Judæis in servitutem nationes tradidit Deus, Cananæos, Chetæos, Phærecæos, Hephæos, Jebusæos, Amorrhæos. Septem diebus a tentorio separata est Moysis soror. Septem funibus alligatus est Samson, & eos veluti spartum discidit. Septem capillorum cirros sacros habuit, quibus detonsis ejus robur evanuit. Septem oculi sunt, qui in universam terram prospiciunt. Septem infusoria & candelabra Zacharias vidit. Septem a Deo sunt spiritus: septem dona S. Spiritus, sapientiæ, intelligentiæ, consilii, fortitudinis, scientiæ, pietatis & timoris Dei. Septem columnis Dominus suam fundat sapientiam. Septem mulieres apud Esaiam unum Dominum rogabunt his verbis: panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantum aufer improperium nostrum. Septem libri de Christo testificantur, quod carne suscepta probrum ipsorum absterserit: Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judices. Nisi enim homo factus esset, tanquam fabulosi rejicerentur; nam & sine mactatione mactatus est ut Isaac, & sine perpessione passus est, & suam ipse crucem humeris portans, quae in Genesis libro sunt scripta, confirmavit: cum vero quatenus virgineo

gineo ventre receptus, eundem divinitatis suæ igne non consumsit, rubum illum descripsit, quem arsisse, & non combustum esse testatur Exodus: quod autem pontificatum Aaron gessit, & inter nos & Deum sequester fuit, ea, quæ in Levitico continentur, expressit. Jam cum novum testamentum veteri copulavit, ac dixit: dictum est antiquis: non mæchaberis: ego autem dico vobis, quod omnis, qui mulierem aspicit, ut cum ea mæchetur, jam mæchatus est in corde suo; & rursus dictum est antiquis: oculum pro oculo, dentem pro dente: ego autem dico vobis, non resistere malo, sed qui te verberat in dexteram maxillam, offerre illi & sinistram, quæ in Deuteronomino comprehenduntur. Cum Jordanem ingressus est, & aquas sanctificavit, ac fugientem solem in cruce revocans duplicavit diem, sicut in Jesu Nave legitur: cum autem charissimam suam animam pro nobis exposuit, seque ipsum redemtionem multorum obtulit, ea declaravit, quæ Judicum liber complectitur. Septem filiorum pater Jesse, septimus ab Abrahamo numeratur Moyses, septem literis Joannis nomen scribitur. Septem literis etiam Christi nomen constat. Septem a discipulis Domini ad Christianorum obsequium delecti sunt: Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas, Nicolaus. Septem Pueri Antiochi Tyrannidem dejecerunt. Atque ut uno verbo complectar, hic est commendatus, & admirabilis ille numerus,

rus, quandoquidem disertis in scriptura verbis cum illa vociferatur Dominus, honora diem Sabbathi, & sanctifica ipsam, quoniam Deus in illa requievit ab omnibus operibus suis, quæ facere cœperat. Cui Gloria in sæcula sæculorum, Amen.



SANCTI EPIPHANII

EPISCOPI CONTSANTIÆ CYRRI EPISTOLA AD JOANNEM EPISCOPUM HIEROSOLYMITANUM.

DIVO HIERONYMO PRESBYTERO INTERPRETE.

Epistola ad Joannem Hierosolymitanum Episcopum duas partes complectitur: prior agit de dissidio, quod sancto Epiphanio intercedebat cum Joanne Episcopo Hierosolymitano, ratione ordinationis Pauliani & de Origenismo; altera pars continet factum particulare sancti Epiphanii, quod ipse refert his verbis: Audivi quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more Ecclesiastico facerem, & venissem ad villam, quæ dicitur Anaplatha, vidissemque ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogassem, quis locus esset, didicissemque esse Ecclesiam, & intrassem, ut orarem, inveni velum pendens

in

in foribus ejusdem Ecclesiæ, tinctum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi vel sancti cujusdam, non enim satis memini, cujus imago fuerit. Cum ergo hoc vidissem in Ecclesia Christi contra auctoritatem Scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis dedi consilium custodibus ejusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent & deferrent; inique contra murmurantes dixerunt: si scindere voluerat, justum erat, ut aliud daret velum atque mutaret. Quod cum audissem, me daturum esse, pollicitus sum, & illico esse missurum. Paululum autem moratum fuit in medio, dum quæro, aliud pro illo velum mittere, arbitror enim, de Cypro nihil esse mittendum, nunc autem misi, quod potui reperire, & precor, ut jubeas presbyteros ejusdem loci suscipere velum a datore, quod a nobis missum est, & deinceps præcipere, in Ecclesia Christi ejusmodi vela, quæ contra religionem nostram veneunt, non appendi. Decet enim honestatem tuam, hanc magis habere sollicitudinem, ut scrupulositatem tollat, quæ indigna est Ecclesia Christi, & populis, qui crediti sunt.

Prior hujus Epistolæ pars ab omnibus tanquam genuina admittitur. Sed fuerunt, qui de authentia postremæ partis hujus epistolæ dubitarent. Sed cum ea in omnibus manuscriptis & typo impressis operum sancti Hieronymi codicibus, quibus ob versionem ejus a sancto Doctore factam inserta fuit,

inveniatur; item ab auctore librorum Carolinorum citetur, & stilus ejus toti Epistolæ congruat, genuina habenda est. Quanquam sanctum Epiphanium postremam hanc partem omisisse, melius foret, quam Epistolæ adposuisse. Porro suppositionem ultimæ hujus partis ex sequentibus rationibus infert Bellarminus. 1) Quia post finem Epistolæ ista adjecta sunt: epistola enim plane finita erat. 2) Quia hæretici Iconomachi nos objecerunt hunc locum Catholicis. 3) Quia Epiphanius diaconus in synodo septima actione sexta convincit, duo alia loca similia Epiphanii scriptis fuisse inserta ab hæreticis. 4) Quia ibidem dicitur, quod discipuli Epiphanii in ejus templo imaginem ejus posuerint; quod certe non fecissent, si eorum præceptor dixisset, esse contra Ecclesiæ auctoritatem. 5) Quia tempore Epiphanii Basilius, Nyssenus & alii vivebant, qui imagines in templis laudabant. 6) Quia sententia illa, esse contra scripturæ auctoritatem, pendere in templo imaginem hominis, indigna esset sancto Epiphanio viro doctissimo, cum sit ineptissima, nunquam enim id legitur prohibitum, imo contrarium, ut patet de Cherubinis. 7) Quia sanctus Gregorius M. Lib. 9. Epist. 9. dicit, nullum unquam Episcoporum ante Serenum Massiliensem fregisse imaginem Christi vel sanctorum. 8) Quia S. Hieronymus Epistola ad Pammachium contra Joannem Jerosolymitanum totam fere hanc epistolam Epiphanii latinam a se factam recitat, & tamen non meminit hujus

hujus veli. 9) Quia nec convenit ſtilus ejus cum reliqua epiſtola.

Reſpondemus 1) Negando adſertum: neque enim verba ante Epiſtolæ finem poſita: Deus autem pacis præſtet nobis &c. id evincunt, cum votum hujus generis ante finem Epiſtolæ ad Romanos pariter legatur. 2) Iconomachi non omnia Patrum loca ſibi faventia in medium protulerunt, uti ſynodo ſeptima actione ſexta profitebantur: ſane hoc ſilentium authentiam potius quam ſuppoſitionem poſtremæ partis ab Iconomachis factam evincit: ſi enim ſuppoſuiſſent, allegaturi fuiſſent. 3) Adſtruit hoc, non probavit Epiphanius diaconus, nec ut probaſſet ex quorundam interpolatione locorum, omnium corruptionem inferre licet. 4) Epiphanius diaconus S. Epiphanio quadringentis annis poſterior ſine teſte actionem iſtam a diſcipulis S. Epiphanii poſitam refert: contigerit vero; quid prohibet? uſum imaginum in aliis Eccleſiis ſubinde obſervatum, in hanc quoque poſt ſancti Epiphanii obitum introductum fuiſſe, diſcipulis non ſemper magiſtrorum veſtigiis preſſe inſiſtentibus. 5) Diſciplinam de imaginum uſu pro circumſtantiarum varietate variam fuiſſe conſtat, unde ab unius ad alterius Eccleſiæ diſciplinam male arguitur. 6) De iis circumſtantiis S. Epipanius locutus fuiſſe videtur, in quibus imaginum uſus idololatriæ aut hæreſi Antropomorphitarum favere poterat, ſin minus, humani quid paſſum eſſe S. Epi-

 ſcopum,

ſcopum, fatemur. 7) S. Gregorium M. hoc S. Epiphanii factum latuiſſe veriſimile eſt. 8) S. Hieronymi ſcopus non exegit poſtrémæ partis epiſtolæ meminiſſe. 9) Stili differentia autem, tantum abeſt, ut alii viderint, ut conformitatem etiam invenerint.

Nota. Præter hæc opera S. Epiphanii habetur etiam fragmentum breve in Evangelio S. Joannis a Combefiſio nobis traditum, item Apophthegmata, quæ Cotelerius invenit in monumentis Eccleſiæ græcæ; item fragmentum de 72. prophetis & prophetiſſis a Cotelerio pariter productum.



SANCTI EPIPHANII
DE
PONDERIBUS ET MENSURIS
LIBER.

MONITUM.

In tractatu de ponderibus & menſuris, poſtquam ſanctus Epiphanius exhibuit explicationem variarum notarum, quæ in bibliis græcis occurrebant, ponderum, menſurarum & monetæ Judæorum aliarumque gentium notitiam tradit. Item enumerationem exhibet librorum canonicorum veteris teſtamenti congruentem cum Judæorum canone, quo continentur Libri Ruth & Eſtheræ; & ſcribit hiſtoriam verſionum græcarum

rum contextus biblici, contendit septuaginta viros interpretatos esse omnes Bibliorum libros, in domunculis separatim conclusos versionem illam confecisse, & ex consonantia Spiritus sancti, quo conflati erant, concorditer interpretatos esse, & inter se nulla in re dissensisse. Opus hoc multa eruditione est plenum.

ANALYSIS.

1) Siquis est, qui intelligere velit, quod in sacris literis usitatissimum est, mensurarum videlicet ac ponderum rationem, hunc, quem adgredimur, commentarium percurrere non gravetur. Atque illud in primis studiosus quisque cognoscere debet, quot sint in prophetarum scriptis orationum genera. Nam in decem sententiarum species prophetici libri dividuntur, quae sunt hujusmodi: Doctrina, contemplatio, cohortatio, minae, commiseratio, lamentatio, preces, historica narratio. Ad easdem Prophetias adjuncta sunt haec signa: γ, prioris populi repudiationem significat. ∽ legis carnis abjectionem: V ad novum testamentum pertinet ad vocationem gentium; ⊹ ad Christum refertur. ζ prioris populi promissis adhibetur. ξ quod in sacris literis obscurum ac difficile est, exprimit. V̲ futurorum praescientiam.

Accentus. 2) Sed cum non nulli sacras literas accentibus distinxerint, de iis sic habeto. Acutus est ejusmodi´. Asper'. Gravis`. Tenuis'. Circumflexus῀. Apostrophe', Longa— Hyphen ‿. Brevis ᵕ. Hypodiastole,. Atque ut de cæteris quoque generibus disputetur, primus obcurrit Asteriscus, cujus hæc est forma: ⁜ Is ad quamcunque vocem *Asteriscus.* adponitur; eam in hæbræo contineri, & ab Aquila & Symmacho expressam, raro etiam a Theodotione, significat: eandem vero a 70. Interpretibus sine interpretatione prætermissam; quod in illis ipsis locis eædem voces bis ac supervacue repetantur. Sub initium Genesis hebraice ista leguntur: *Ovaeeei Adam salosim sameothsana.* Gen. 5, 5. Quod ita possumus interpretari, ut & Aquila reddidit: *Et vixit Adam triginta annis, & nongentis annis.* At 70. interpretes ab Hebræis oriundi, & a teneris unguiculis hebraicis literis imo & græcis apprime perpoliti, non solum hebraice conceptas literas sacras græco sermone reddiderunt, sed & iis in vocibus, quæ in hebræo repetitæ ac geminatæ sunt, perspicuitatis rationem habendam putarunt. Quare sic verterunt: *Vixit autem Adam triginta & nongentos annos.* Ita neque quidquam orationis integritati detraxerunt, & eam nihilominus apertiorem clarioremque reddiderunt. Quod in hebræo tanta exprimi brevitate nequit, qualem septuaginta præstiterunt. *Vixit Adam triginta & nongentos annos.* Sed nec in græco; quemadmodum Aquila superficie tenus interpretatur: *Vixit*

Vixit Adam nongentos annos, & triginta annos. Vides, enim, opinor, quam insulsam ac rudem orationem conceperit, dum superstitiosa diligentia idem repetere vocabulum maluit quam lectionis perspicuitati ac facilitati consulere. Atque istud ipsum apud septuaginta duos interpretes desiderari nonnulli sentiunt, quod apud Aquilam & Symmachum, ac in cæteris demum editionibus suppletur; cum ne apud 70. quidem desit aliquid. Nam apud Aquilam non sine vitio pronunciationis duobus est in locis otiose posita vox, cum in uno redditam esse, sufficeret: annos, inquam & annos. Quæ ratio 70. interpretes adduxit, ut semel annorum vocem adscriberent. Secundum hos Aquila, cæterique ad interpretandas scripturas accedentes cum ea, quæ a 70. prætermissa fuerant, edidissent, otiosa ac supervacanea illa sunt habita. Successit his Origenes: qui unicuique loco, quod deerat, adjunxit, eique asterisci notam adpinxit: non quod addita illa vocabula admodum necessaria sint, cum supervacua videantur; sed ne Judæis ac Samaritanis ullam calumniandi sacras literas, quibus in Ecclesiis utimur, occasionem relinqueret; cum nihil in subtractis illis vocibus contra fidem esset, quod reprehendi merito posset. Bis enim, uti dixi, repetitæ sunt; ac superfluæ, ut ex illo loco, quem proposuimus de Adamo ejusque vita, colligitur. Nam ex perexiguo illo specimine de reliquis conjectura capi potest, quæ asterisco notantur. Sed ut illud etiam intelligas, quibus de caussis asteriscos

Origenis studium in comparandis Editionibus.

libri numerentur, septem ac viginti reperiuntur, quod ex illis quinque geminentur: puta Liber Ruth cum Judicum libro conjungitur, & unus ab Hebræis censetur; primus Paralipomenon Liber cum posteriore conjungitur, & unum Librum efficit. Item primus Regnorum Liber cum secundo; tertius cum quarto unum librum constituit. Ad eumque modum scripturæ Libri quatuor voluminibus quinque partitis comprehensi sunt, ac duo libri extra ordinem numerantur. Quare veteris testamenti Libri omnes hac serie percensentur. Quique ad legem pertinent: Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Hæc est Pentateuchus, qua tota lex exponitur. Sequuntur quinque alii Libri, qui versibus constant: Job, Psalterium, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica Canticorum. Deinde tertium librorum collegium, quæ γραφεῖα dicuntur, & Hagiographa continet; cujusmodi sunt Liber Jesu filii Nave; Judicum Liber cum Libro Ruth: Paralipomenon primus cum secundo. Regnorum priores duo: totidem posteriores in unum volumen redacti. Tertium illud collegium est: quartum sequitur: in quod duodecim prophetæ minores, Esaias, Jeremias, Ezechiel ac Daniel conjecti sunt. Atque hoc volumen Prophetarum scripta continet. Reliqui sunt Libri duo: hoc est, Esdræ unus, qui separatim numeratur: alius Esther. Ita duo & viginti Libri pro literarum hebraicarum numero censentur. Quod enim ad duos illos adtinet, qui versibus distincti sunt, Salomo-

lomonis videlicet sapientiam, quæ Panaretus inscribitur, & Jesu filii Syrach Librum, Jesu nepotis, qui sapientiæ librum hebraice scripsit, quem nepos ejus Jesus græce reddidit; tametsi utiles ac fructuosi illi sint, in scripturarum numerum nequaquam referri solent. Unde nec in testamenti arca collocati sunt.

5) Nec illud latere te debet, honestarum rerum studiose! Psalterium ab Hebræis quinque in libros esse partitum; nova ut indidem Pentateuchus oriatur. Primus Liber a primo Psalmo ad quadragesimum continetur. Secundus a quadragesimo ad primum & septuagesimum. Tertius a septuagesimo secundo ad octuagesimum octavum. Quartus ab octuagesimo nono ad centesimum quintum; Quintus a centesimo sexto ad centesimum & quinquagesimum perducitur. Nam quicunque psalmus hoc versu concluditur: *Benedictus Dominus, fiat, fiat*, librum eo terminandum putarunt. Ille porro versus quadragesimo, septuagesimo primo, octuagesimo octavo, & centesimo quinto Psalmis adscriptus est. In fine quinti libri pro his: *Benedictus Dominus, fiat, fiat*: scriptum est: *Omnis Spiritus laudet Dominum, alleluja.* Igitur septem & viginti illi libri, qui viginti duo numerantur, cum Psalterio ac cæteris, qui Hieremiæ accensentur, hoc est, Lamentationibus & epistolis Baruchi; quamvis apud Hebræos epistolæ istæ non reperiantur, sed Lamentationes duntaxat ad Hieremiæ prophetiam

Librorum Psalmorum partitio.

tiam adtextæ: eo, quem dixi, modo per orbem, in unumquodque par interpretum distributæ sunt: puta, a primo pari ad secundum, ab hoc ad tertium pervenerunt, donec sexies ac trigesies singuli græce conversi sunt, ut constanti fama percrebuit. Quibus viginti duo addendi sunt Apocryphi.

6) Postremo absolutis omnibus Rex in sublimi solio consedit; ad quem triginta sex lectores cum totidem exemplaribus adducti sunt, cum altero, qui hebraicum archetypum tenebat. Cum igitur unus e lectoribus recitaret, cæteri diligenter adtenderent, nihil varietatis est ac discriminis repertum. Ac singulare tum accidit divinæ potentiæ miraculum, quod narratione dignum est. Nam illi omnes interpretes divini Spiritus adflatu præditi, sic inter se illa in solitudine consenserant, ut ubicunque nonnihil additum esset, id ab omnibus communiter esset adjunctum; ubi vero detractum, id ex æquo sustulissent omnes. Cæterum quidquid illis ademtum est, id inutile est, quicquid vero relictum, necessarium est. Quod ut perspicue cognoscas: divina quadam & admirabili providentia, nec sine sancti Spiritus instinctu tam concorditer interpretatos esse, ut nihil a se invicem differrent; in una ac levissima voce periclitari libet. In 140. psalmo hebraice sic legitur: *Adonai, elicha, carithi Ismael, jebbita acoli*, hoc est, *Domine clamavi ad te: exaudi me. intende voci.* Videsne, ut manca sit, claudicansque sententia? Ergo 72. Interpre-

pretes additis hisce voculis *orationis meæ*, egrum versum reddiderunt hoc modo verntes: *Domine clamavi ad te, exaudi me: inde voci orationis meæ.* Animadverte, quam te restitutus decantetur hic psalmus. Quam rem ex hoc uno loco de similibus conjetram capito, qui nonnullis additis ab illis erpretibus proditi sunt.

7) Sic igitur præclare Origenes instituit, obeli notam prudenter adposuit; qui utim in cæteris peræque laudari posset! cum ltm ad editiones 6. hebraicam adjecisset, is ac propriis vocibus literisque constantem, una pagina comprehensam, aliam insuper oppositam addidit. Quæ hebraicas voces æcis literis ac figuris exaratas contineret; qui hebraice nescirent, græcorum elentorum beneficio hebraicarum sententiam vim ac potestatem intelligerent. Itaque Hexaplis, Octaplisue suis cum hebraicas as paginas 6. interpretum editionibus opsuisset, plurimum studiosis hominibus ad uditionis ac doctrinæ copiam utilitatis add lit. Atque utinam in aliis suis operibus n turpiter aberrasset, neque sibi ac toti terrum orbi insignem imposuisset injuriam; m & de fide perperam sentit, & infinita ripturæ loca parva interpretatione corrumt. Sed ut ad institutam *de obelo* narratiom redeamus, qui etiam lancea dicitur; ubicunque occurrit, ostendit, quod dictio, æ apud 70. legitur, in hebræo non legar. Est præterea *Lemniscus*, qui hac forma depin-

Origenis institutum.

Lemniscus.

depingitur ÷ & a chirurgica vulneru curatione translatus putatur ; cum simpl utrinque sectione ducta, intercepta corpo pars obeli figuram refert: tum conceptu linimentum in tenuem & oblongam forma productum per utramque sectionem traji tur. Quam ob caussam sacris codicibus ea notam adscripsit Origenes; ut quoties in interpretum editione discrepantem aliqua vocem repereris, quæ ad superiores non a hæreat, neque similibus conjuncta sit, duobus punctis intelligas, unum alterum par interpretum vocem illam in sua interp tatione posuisse. Cum igitur in 70. Psal legeris: *os meum annuntiabit justitiam tua annuntiabit justitias tuas;* item in 71. *Et* *perabile nomen ejus in oculis ipsius*. Ubi ipi aut mancum aut discrepans invenies, unum idemque diversis vocabulis expressu sum, alterutro sufficiente, duobus mo exprimitur. Ejusmodi autem loca lemni notata sunt, ut adpareat, a uno altero interpretum pari positum illud esse, rep tumque vocabulum. Nunc de *Hypolemni* disputandum est, cujus ÷ hæc figura e quam ubicunque repereris, scito, hyppole niscum vocari; cujus ea vis est; quemcu que ad locum adpictus est, significat ab u interpretum pari sic editum ac concepti fuisse, id, quod simplici puncto declarat & cum superioribus, quibus adtexitur, geminum ac germanum videri.

8.) Porro primi omnium sacras lite ex hebræo in græcum transferre 72. hoi

-nes adgressi sunt, Ptolemæo Philadelpho in Ægypto regnante, qui duodecim ex Israeliticis tribubus, sex e singulis, delecti sunt, ut auctor est Aristæus in eo opere, quod de LXX. conscripsit: quorum interpretum, cum de asteriscis & obelis ageremus, ut & cæterorum, hoc est, Aquilæ, Symmachi & aliorum historiam adtigimus. Nunc caussas ipsas pertexam. Ptolemæus cognomento Philadelphus Alexandriæ Rex ab altero Ptolemæo secundus honestarum artium amore studioque flagrans, egregiam Alexandriæ bibliothecam instituit, in ea urbis regione, quam Bruchium vocant: quæ deserta hoc tempore visitur. Ei bibliothecæ curandæ Demetrium Phalereum præposuit; cum mandatis, ut omnia librorum genera ubique terrarum conquireret. Qua de re literas ad unumquemque Regem ac principem dedit; quibus enixe rogabat, ut quidquid penes se poëtarum aut alterius generis scriptorum, oratorum, sophistarum, medicorum, mediosophistarum, historicorum ac cæterorum haberent, id ad sese mitterent. Procedente indies negotio ac contractis undique voluminibus forte accidit, ut de Bibliothecæ præfecto Rex aliquando sciscitaretur, quotnam hactenus in bibliothecam volumina congessisset. Ad hæc ille, quinquaginta jam & quatuor librorum millia cum octingentis plus minus esse respondit. Audio tamen, inquit, longe plures esse in orbe terrarum, ut apud Æthiopas, Indos, Persas,

Ela-

Elamitas, Babylonios. Assyrios, Chaldæos, Romanos, Phœnices, Syros, eosque qui in Græcia habitant: (nondum ii Romani vocabantur, sed Latini) imo & Hierosolymis & in Judæa divini quidam extant Prophetarum libri, qui de Deo ac mundi procreatione disserunt, multaque communem ad utilitatem continent. Quocirca si majestati tuæ princeps ita videtur; scribe ad Hierosolymitanos Legis doctores, ut suos ad te libros mittant, qui in bibliotheca tua collocentur. His auditis Ptolomæus literas hoc argumento dedit.

9) Ptolomæus Rex, Judæis, qui Hierosolymis habitant, salutem. De constituenda Bibliotheca cogitans, ingentem librorum vim ex omni regione conflatam in eam contuli. Quare cum apud vos Prophetarum quosdam libros extare compererim, qui de Deo ac mundi fabricatione scripti sunt, hos ego cum aliis consecrare magnopere cupio. Quæ mihi ad vos scribendi caussa fuit, ut illos ad me libros mittere velitis. Nam quod ego non curiositate ductus neque malo animo, sed honoris illis habendi studio ac pro mea erga vos fiducia & amicitia ad ea postulanda descenderim, ex mea in vos benevolentia si recordari volueritis, conjecturam facere potestis. Meministis enim opinor, cives vestros ac populares quam plurimos, qui bello capti, & in Ægyptum nostram hanc patriam deportati fuerant, non liberasse modo me, sed &

via-

viatico instructos ac perhumaniter habitos cum omni officiorum genere liberos dimisisse; adeo, ut, & qui ex iis saucii erant, diligenter curarem, & nudis vestimenta dividerem. Nunc auream ad vos mensam pretiosis lapidibus ornatam, pondo quingentorum talentorum, pro ea, quæ ex Hierosolymitano templo direpta fuerat, ad vos cum muneribus ac donariis mitto, quæ in templo vestro consecrari cupio. Hæc eo vobis exposui, ut me ex voti quadam religione ac pietatis studio libros istos flagitasse sciretis.

His literis ac muneribus Hierosolymam perlatis, utrumque Judæi perjucunde ac libenter acceperunt. Mox sine ulla cunctatione libros illos, quos paulo ante commemoravi, hebraicis literis aureis conscriptos ad Regem mittunt: hoc est, veteris testamenti viginti duos, & apocryphos 72. Quibus acceptis Ptolomæus cum hebraice scriptos codices legere non posset, secundo ad eos scribere coactus est, & interpretes petere, qui ex hebræo libros istos in græcum sermonem converterent. Summa Epistolæ hæc fuit.

10) Ptolomæus Rex pietatis magistris, qui Hierosolymis habitant. S. P. d. Occulti thesauri & obsignati fontis quænam esse potest utilitas? Hoc ego de his libris, quos ad me misistis, usurpare jure posse videor. Nam cum scriptas in his literas le-

gere nequeamus, nulli esse nobis usui & emolumento possunt. Quocirca etiam atque etiam a vobis peto, ut ad nos illorum interpretes mittere velitis, hebraicæ græcæque linguæ peritissimos. Post hæc hebræorum magistri delectu habito septuaginta duos interpretes ablegant, Moysis exemplum secuti, qui cum de mandato Dei conscendisset in montem, atque ita loquentem audisset: *Adhibe tecum septuaginta viros, & ascende in montem;* Exod. 24, 1. Ut pacem & concordiam inter tribus retineret; ne si ex una quinque, ex alia sex caperet, turbas in tribus ac dissensiones jaceret, septuaginta duos adhibere maluit, & ad numerum adjicere. Eodem itaque modo septuaginta duos tum illi miserunt, qui in Pharo Insula, ut paulo ante retulimus, sacros codices explicarunt. Quo facto libri illi in græcum translati in priore Bibliotheca, quæ in Bruchio fundata est, repositi sunt. Post hæc alia rursus in Serapio bibliotheca constituta est longe illa minor, quæ hujus filia dicebatur, in quam Aquilæ, Symmachi, Theodotionis & aliorum editiones congestæ sunt post annos 250. Atque ab Augusto usque ad Adrianum, cujus anno duodecimo Aquila floruit, anni colliguntur 180, menses 4. minus diebus 9. Ita ab eo tempore, quo 72. Interpretes extiterunt, usque ad Aquilam sive ad duodecimum Adriani annum intercesserunt anni 430. menses 4.

11) Porro

11) Porro Adrianus iste corpore male adfectus medicis omnibus, qui in toto Romano imperio erant, arcessitis ad medicinam corpori suo faciendam illos adhibuit. Sed cum omnem operam sine ullo fructu posuissent, ab Imperatore risui ac ludibrio habiti sunt: usque adeo, ut mordaci in illos epistola professionem ipsam atque artem damnaret, ut quæ nihil de ægritudine sua extricare potuisset. Itaque in Ægyptum profectus, cum Roma discedens urbes illas, quæ in itinere positæ sunt, obire ac perlustrare vellet, ut erat videndi explorandique cupidus, inter cæteros Antiochiam ac Cœlesyriam, Phœnicem & Palestinam, quæ Judæa dicitur, anno, quam eversa fuerat, septimo & quadragesimo peragrans, Hierosolymam celeberrimam urbem ac nobilissimam contendit, quam Titus Vespasiani filius secundo imperii sui anno subverterat. Hanc ille solo æquatam, templum ipsum destructum ac proculcatum reperit, paucis ædibus exceptis, ac parva quadam Christianorum Ecclesia, quæ in eo loco fuerat constituta, in quem discipuli, posteaquam Salvator in cœlum ex oliveti monte subvectus est, sese recipientes cœnaculum conscenderunt. Erat illa quadam in Sionis parte constructa, quæ civitati superfuerat, cum Sioni propinquis aliquot ædificiis, ac septem Synagogis, quæ in eodem monte solæ, velut tuguria perstiterant. Ex quibus una duntaxat ad Maximonæ præsulis & Constantini Imperatoris tempora velut *umbraculum* in

Adrianus medicos frustra expertus eos irridet.

in vinea, ut scripturæ verbis utar, relicta videbatur. Inter hæc Adrianus de urbe sola instauranda sine templo cogitans, Aquilam illum scripturæ, quem diximus, interpretem græcum hominem, socerumque suum Sinope, quod Ponti oppidum est, oriundum reficiendæ urbi præficit, quam de se ac de imperatorio nomine adpellari voluit; nimirum Æeliam, cum Ælius Adrianus ipse vocaretur.

Aquilæ versio. 12) Aquila vero Hierosolymis degens, eorumque, qui Apostolorum auditores fuerant, discipulos fide ac pietate florentes stupenda quædam prodigia curandis corporibus ac cæteris id genus facientes animadvertens: jam enim ex urbe Pella reduces docere cæperant; nam cum urbis a Romanis instaret excidium, discipuli omnes ab Angelo moniti sunt, ut ex ea urbe migarent, quæ funditus evertenda paulo post foret. Hinc illi ex urbe digressi, Pellam sese recipiunt; quod oppidum ultra Jordanem in Decapoli numeratur; inde post eversam urbem regressi ingentibus, ut dixi, claruere miraculis. Horum consuetudine vehementer commotus Aquila christianam religionem amplectitur. Tum aliquando tempore interjecto christianæ professionis sigillum uti petierat, obtinet. Verum cum a priori usu moribusque non discederet, & vanissimis mathematicorum artibus, quas apprime callebat, nimium tribueret, adeoque genesin atque horoscopum suum obser-

varet

ret indies, cum ob id a magiftris objurtus ac reprehenfus, emendare fefe nolt: imo vero pervicaciter obluctans falfa ædam minimeque cohærentia tueri ac dendere vellet: ut puta fatum, & quæ cum connexa funt, rurfus ab Ecclefia tanquam falutem minime idoneus ejectus eft. Qua nominia vehementer exacerbatus & ftolo quodam mentis æftu percitus chriftiam profeffionem ejurat, & inter Judæorum ofelytos adfcriptus ac circumcifus eft. In totum fe hebraicis literis addifcendis vementi cum animi contentione tradidit. iam cum egregie penitusque percepiffet, interpretandum fe contulit, non fincera imi inductione, fed ut quædam fcripturæ a depravaret, adverfus 72. Interpretes petum omnem conatumque dirigens: at e ut expreffa facris literis de Chrifto tenonia aliter ederet, quo non nullum pudi ignominiæque fuæ vel abfurdum colon & excufationem quæreret.

13) Hinc fecunda fcripturarum intertatio ab illo originem habuit, tanto poft orem intervallo, ut antea fcripfimus. ffem hoc loco commemorare, quæ ab eo rupta depravataque funt, ex quibus rergui confutarique poffet illius editio. Ven cum de illarum omnium translationum crimine fupra differuerim, pauca ifta fuffie arbitror. Poft Aquilam & ejus intertationem fuccedit Adriano Antoninus Pius, èm excipit Caracalla, hunc Lucius Aure-

 lius

lius Commodus. Tum Pertinax, demumque *Severus*, cujus temporibus Symmachus quidam Samaritanus extitit; ex eorum numero, qui apud illos sapientes habentur. Qui ambitione ac principatus cupiditate ductus, cum voti apud suos compos esse non posset, tribulibus iratus suis ad Judæos transfugit, & inter proselytos professus iterato circumciditur. Quod ne forte mireris, scias velim, istud ipsum in more esse positum, ut, qui a Samaritanis ad Judæos transeunt, aut vicissim, novam circumcisionem suscipiant. Imo vero, quod molestius est, post circumcisionem rursus ad præputium redeunt. Etenim medica quadam arte, eoque, quem spatistherem vocant, glandis cuticulam adtrahentes consuunt, ac glutino circum adstringunt, atque ita præputium recuperant; quod Apostoli auctoritate comprobari potest, cum his verbis utitur: *Circumcisus quispiam vocatus est? ne is præputium adducat; cum præputio vocatur aliquis? ne circumcidatur.* 1. Cor. 7. Quod nefarium ac detestandum artificium ab Esau Jacobi fratre repertum memorant, quo facilius ejurare Deum, & acceptam a majoribus notam abolere posset. Unde natam illam Dei vocem existimant: *Esau odio habui, Jacob dilexi.* Igitur Symmachus, ut Samaritanorum interpretationes everteret, tertiam est adgressus.

Symmachi historia.

Circumcisio ejus iterata.

14) Post hunc brevi postea tempore, hoc est Commodo altero imperante, qui post Lucium Aurelium Commodum tredecim annos

imperavit; Theodotio quidam genere Pon- *Theodo-*
s ex Marcionis Sinopensis Hæresiarchæ *tionis ver-*
ione suis partibus offensus ad Judæos de- *sio.*
t, & circumcisus est. Dehinc hebraica
ua & eorum literis institutus privatam
ionem exorsus est. Qui quidem in ple-
ue cum septuaginta consentit, quod in
um lectione tritus ac longa consuetudine
rcitatus fuerat. Tu vero, quisquis es
dite ac studiose, de tota caussa statuito,
d quos veritas ipsa reperiri certius pos-
utrumnam apud illos tres, Aquilam,
nmachum & Theodotionem, qui nun-
m inter se capita contulerunt: sed pri-
im singuli suis quisque temporibus & lo-
um intervallo dissiti in eam scriptionem
ubuerunt: neque plures tribus extiterunt,
denique secum ipsi concordes esse nequi-
unt; an apud 72. illos priores, qui eodem
npore omnes vixerunt & interpretati sunt,
triginta sex domiciliis Regis imperio di-
buti, nulla inter se communicatione ha-
a, sancti Spiritus instinctu scripturarum
erpretationem admirabili consensione sic
derunt, ut ubicunque perspicuitatis gratia
lendum aliquid esset, concorditer adjice-
it, cum quæ alterius interpretatio foret,
nitus ignorarent; rursus vero sicubi diffi-
ılari aliquid oporteret, ex æquo omnes
icerent, & inter se congruerent. Perinde *Quarta*
si eundem in locum convenientes commu- *editio.*
cato invicem consilio de interpretandi ra-
ne statuissent. Quis non statim 72. illis
lmam veritatis adjudicet? Imo vero siquis

veritatis ipsius amorem ad inquisitionem adtulerit, non illos interpretes modo, verum etiam prophetas quodammodo fuisse cognoscet. Nam illi, quæcunque inutilia erant ac supervacanea, interpretando præterierunt, quæ postmodum Origenes suis locis adscribens asteriscis notavit. Similiter & quæ ab illis adjecta fuerant, circumscribere noluit, sed obelos iis omnibus locis, ubi illa repererat, adpinxit, ut de eorum lectione constaret. At lemniscis voces aliquot insignuit, quæ in nonnullis 70. interpretum exemplaribus repetitæ, & quidem rarius occurrunt, quæ significatione nihil admodum discrepant; sed inter se similes sunt, & eadem potestate præditæ. Exempli caussa: siquis pro *locutus est*, scribat, *dixit:* vel pro *venerat*, venit. Ac hactenus de 4. editionibus.

Quod ad quintam ac sextam editionem adtinet, quos authores aut cujus generis habeat, certe adfirmari nequit; illud unum constare videtur, post Imperatoris Severi persecutionem quintam editionem in Hierichuntis oppido quibusdam in doliis, ubi latebat, inventam fuisse, imperantibus Caracalla atque Geta Severi filiis. Atque sexta editio ipsa in doliis latens, Nicopoli ad Actium est inventa.

Origenes. Decii Romani Imperatoris porro tempore illustris habitus est Origenes: floruitque ab imperante Decio usque ad Gallum & Volusianum, & ultra. Cæterum in persecutione

Decii

Decii martyrium subiit Babylas Antiochiæ, Fabianus Romæ, Alexander Episcopus Hierosolymorum Cæsareæ. Quin & Origenes ipse, quamvis multa sit passus, martyrii exitum minime est adeptus. Qui Cæsaream Stratonis primum, inde Hierosolymam se conferens, paululum istic est moratus, Tyrum postea concessit, ubi annorum octo & viginti spatio degens, cum severissimam, uti ferunt, vitæ disciplinam instituit, tum ad scripturarum enarrationem animum adjecit. Quo tempore Hexapla illa sua composuit, Hebraicis duabus paginis adjectis, atque unam editionem ex adverso alterius opposuit, eosque libros hexaplos nominavit.

15) Porro cum editionis quintæ ac sextæ libros eo, quo diximus, modo reperisset, nec de authoribus constaret, habita temporum, quibus inventæ sunt, ratione primum ad superiores illas quatuor consequenter unam adtexuit, quam adpellari quintam voluit, & inscripta quinta litera, ordinem illius ostendit. Idem & in sexta secutus est, quam episemo præfixa editionis sextæ nomine vulgavit. Qua in re singulare quoddam inest artificium, quod eruditos plerosque latere solet. Qui cum Hexapla vel Octapla legunt, (nam Tetrapla quatuor græcis editionibus constant; cum nimirum Aquilæ translatio priore loco posita: tum Symmachi: deinde LXXII., ac postremo Theodotionis in unum corpus conflantur. Quibus si hebraicæ duæ editiones accesserint, Hexapla vocantur. Quodsi *Origenis editiones.*

quin-

quintam & sextam editionem adjunxeri consequens est, ut Octapla nominentur). S cum illos libros quidam, uti diximus, ev vunt, & priores esse duas editiones hebr cas vident, ac deinceps Aquilae, tum Sy machi, inde 70. seniorum: dein Theodot nis, postremo V. & VI. Aquilam & Symm chum, pro eo, quo dispositi sunt ordine, ipsos antecessisse falso suspicantur. Sed O genes videlicet cum 70. interpretum edit nem accuratissimam esse persuasum haber mediam omnium esse voluit, ut ad eam utr que dispositae caeterae tanquam ad amusl exigi, redarguique possent. Quod unum O genis inventum longe utilissimum fuit. H ctenus studiose lector! paucis, quae dicen putavimus, contenti, totam interpretum storiam exposuimus. Nunc de ponderib ac mensuris agemus, ac numeris, & un uniuscujusque nomen ac cujus gratia dec ctum sit, quaeque nominis occasio fuerit.

Corus. 16) Corus itaque mensurae genus e de quo in Evangelio Lucae fit mentio: q in loco prudentem dispensatorem Domin ipse collaudat, Luc. 16, 7. qui debitorib pro tot coris, qui in illorum chirograp continebantur, tot rescripsit, & acceptos lit: nec non & pro tot olei batis tot reposi Mensurarum porro haec sunt nomina: I thec, gomor, batus, satum, modius, bus, choenix ephi similaginis, pugillus rinae, artaba, tres mensurae similaginis, t canistra panum chondritarum ex alica: u vi

vini, collathon, alabastrum unguenti, campsaces aquæ, hemina olei, cyathus, metreta vini, metreta olei, tryblion, sextarius, amphora aporryina, sabitha, in, chus sive congius, urna aurea, in qua repositum erat manna, mares, cypros, congiarium. Corus itaque ex hebraica lingua desumtus est, a quibus *chor* dicitur. Is modios continet 30. Nomen ei a clivo petitum; nam hebraice *charia* clivus adpellatur; 30. porro modii in acervum ac veluti clivum collecti Cameli onus efficiunt. *Lethec* autem ab Osea Propheta nominatim exprimitur. Oseæ 3, 2. *Mercede conduxi mihi Lethec ordei.* In exemplaribus quibusdam *gomor ordei* legitur, quod idem est. Quindecim enim modii significantur. *Lethec* porro hebræorum lingua elevationem sonat, ex eo, quod adolescens modios 15. attollere & imponere asino possit. Eadem mensura etiam *Gomor* vocatur. Sunt autem duo genera *Gomor* magnum & parvum. Magnum ejusdem mensuræ est cum Lethec, & quindecim modios etiam ipsum continet, parvum vero duodecim batos. Atque hoc ex hebraica lingua deductum est, ejusdemque nominis est cum vase, quo oleum excipitur, adpellaturque *Bith.* Batos enim vas quoddam est, in quod oleum exprimitur, sextariorum quinquaginta, estque mensura officinæ oleariæ. Mnasis aut Medimnus ex Romana ut puto lingua deductus est, a voce *medium.* Mnasis itaque apud Cyprios & apud alias gentes mensuram habet propriam, decem videlicet frumenti hordeique modios *Lethec.*

modios continens. Modius apud Cy sextariorum est decem ac septem: Me nus apud eosdem diversus est; Medim enim Salaminii sive Constantii quinque m definiunt; Paphii & Siculi quatuor cun midio. Satum hebræorum dictio est, q hi fœminino genere usurpant, Græci ne a quibus satum, non satus dicitur. Ei modius redundans ac superfluens; quo eum quadrantis fiat accessio. Hebraice ro sata *sumtionem* sive *dationem* signifi quod qui metitur, mensuram capere & tollere consueverit. At modii vocabu subtili quadam apud hebræos ratione (rum & viginti sextariorum esse reperi quod non temere, nec utcunque, sed tilissima observatione factum. Nam le mus justusque modius, id quod in lege pius inculcatur, ad sacram mensuram e solebat. Quæ mensura nil aliud signifi quam XXII. illa opera, quæ sex hebdom diebus molitus est Deus.

Sex dierum Opera. 17) Etenim primo die superiores i orbes cum aquis terraque fabricavit. (bus ex elementis glacies, grando, gelu, resque gignuntur. Tum administros spiri qui coram illo adparitione funguntur; cu modi sunt: Angeli adsistentes, angeli riæ, angeli spirituum flantium, angeli bium, ac caliginis, nubis, grandinis ac eiei; angeli fragorum, tonitruum, fulgur frigoris, æstus, hiemis, autumni, ve æstatis, omniumque spirituum, qui cre

re

rebus insunt omnibus, quas cœlum terraque complectitur. Ad hæc abyssos ac voragines creavit, quæ infra terram sunt, ac chaos & tenebras. Secuta est vespera, nox, diei lux ac diluculi. Septem hæc primaria opera Deus primo die perfecit.

Secundo vero die firmamentum, quod in medio aquarum est, quæ supra firmamentum sunt, ab iis, quæ sub firmamento atque in terræ superficie porriguntur, divortia constituit. Unum hoc opus secundo die confectum est. Tertio die maria, flumina, fontes, lacus, semina, stirpes, fructiferas arbores ac steriles sylvas denique procreavit. Quatuor hæc præcipua Deus opera tertio die fabricavit.

Quarto die solem, lunam ac stellas tria videlicet insignia opera Deus elaboravit.

Quinto die grandiora, cete, pisces, ac cætera in aquis repentia, nec non & aves, ac volatilia. Quæ tria sunt præcipua quinti diei opera.

Sexto die feras, pecudes, terram proserpentes bestias hominemque designavit. Quatuor hæc majora Deus opera sexto die perfecit. Colligitur operum omnium summa, quæ sex diebus edita sunt, 22. Nam sexto die absoluta sunt a Deo omnia, quæ cœlo, terra, mari, abyssis, luce, tenebris cæterisque continentur.

Sep-

Septimo deinde die cessavit ab omni p
suos opere Deus, eique diei benedixit, ac c
secrari voluit, idque per angelum Moysi
nificavit. Eodem pertinere potest, quo
Adamo ad Jacobum duo & viginti capita
merantur: *Et eligam*, inquit, *mihi ex
stirpe populum peculiarem, ex omnibus genti*
Deut. 14. 2. Scilicet: Adam, Seth, E
Enoch, Arphaxad, Sala, Cainam, Pha
Malaleel, Heber, Ragau, Jared, Ser
Nachor, Mathusala, Thare, Lamech, N
Abraham, Isaac, Jacob, Sem colligu
generationes duæ & viginti. Unde &
sunt apud Hebræos literæ: secundum q
perinde 22. libros numerant, licet 27. p
prie sint. Verum quoniam quinque apud
literæ duplicantur, fiuntque quodamm
27., quæ in 22. contrahuntur, ideo 27. q
que libros in 22. conferunt.

Libri canonici apud Hebræos.

18) Primus est Beresith, quæ Gen
adpellatur. Tum Ellesemoth, quæ est E
dus, hoc est, egressio filiorum Israel ex
gypto. Vajicra, qui est Leviticus. V
dabber, hoc est, Numerorum liber. Ell
barim, Deuteronomium. Liber Jesu filii
ve. Job, Sophetim, i. e. Judicum, R
Sepher Tehillim, hoc est, Psalterium. D
Haijamim, secundus Paralipomenon Li
Samuelis primus, sive regnorum prim
Samuelis sive regnorum secundus; Meac
sive regnorum quartus. Mischle sive Pro
biorum Liber. Coheleth, hoc est, Eccle
stes. Sirhassirim Cantica Canticorum.

tha

nasara, hoc est, XII. Prophetæ. Esaias
pheta, Hieremias, Ezechiel, Daniel;
er primus Esdræ. *Esther.* Hi sunt 27.
ri, qui cum numero literarum exæquan-
, literis quinque geminatis, ut supra
nuimus. Est & alius quidam exiguus
r, qui Cinoth inscribitur, hoc est, la-
ntationes Hieremiæ, qui extra numerum
Hieremiam adjungitur. cæterum viginti
rum iste numerus ubique reperitur, ac
ersis in rebus cernitur; velut in 22. ope-
is, quæ Deus sex illis diebus, qui in
ndi fabricationem insumti sunt, elabo-
it. Tum in viginti duabus generationi-
, quæ ab Adamo ad Israelem inter-
unt.

19) Modius mensura est sextariorum *Modius,*
rum & viginti, quem hebræi mode vo-
t, Græci modia, idem apud Ægyptios
nen est, sed & Syri & Arabes modia
ant, quod confessionem significat; nam
letus modius plenum se esse confitetur.
m & Gnomon adpellatur. — Cæterum
nerus ille 22. venturum Christum pate-
it, qui in hunc mundum veniens vitæ
is mensuram in Evangelio per modium
levit, hoc est, confessionem, & iis om-
us, qui illius fidem profitentur, ac vi-
n ejus beneficio consequuntur. Quam ob
ssam mensuræ genus sanctum ab He-
eis dicitur, quod ex allatis rationibus
os & viginti sextarios in se capit: nam
plera-

pleræque gentes ad eam mensuram addiderunt aliquid, vel ei detraxerunt, cum apud Hebraeos numerus adcuratissime sibi constet. Quin etiam apud Romanos æqualis mensura modius adpellatur. Sic igitur modius ab Hebræis profluxit; apud quos idem est, ac confiteri; nam nisi quis illum cumulatissime compleverit, plenum se esse non fatetur.

Camus. Camus ab eodem hebraicæ linguæ fonte quartam modii partem continet.

Chœnix. Chœnix & Ephi unum & idem est duplici nomine comprehensum; duos sextarios & aliquid amplius complectitur.

Pugillus farinæ. Pugillus farinæ difficile nihil habet, est omnibus plane cognitus.

Artaba. Artaba Ægyptiorum propria vox est, & sextarios continet duos & septuaginta; qui numerus quoddam in se mysterium continet. Nam 72. viri turrim illam extruxerunt, quo tempore in duas & septuaginta linguas ex una divisi sunt, unde & *meropes* a vocis divisione nominati sunt. Idem modus est & metretes, si sacræ mensuræ rationem habeas. Tres mensuræ farinæ sunt hæ, quas Abraamus ad Angelorum prandium Saræ præparare, & identidem subcinericios panes confici jussit. Cujus mensuræ singulæ partes Gomor capiunt. Est autem Gomor mensuræ majoris sive Artabæ decima pars, quæ sextarios septem & quintam unius partem continet. — Tria canistra

a Chondritarum sive panum alicariorum sa sunt, quibus Chondritæ illi reponun-r; quod est genus panis, qui bifariam viditur.

Nebel vini, sine uter sextarios capit *Nebel.* ntum quinquaginta.

Satum sextarios LVI. *Satum.*

Alabastrum unguenti ampulla est vi-*Alaba-* a, quæ libram olei capit; estque dimi-*strum.* i sextarii mensura. Alabastri porro no-en a fragilitate nomen reperit.

Campsaces aquæ 12. habet sextarios; *Camp-* ille campsaces, qui Eliæ præparatus *saces.* ;, sextariorum erat quatuor.

Cotyla dimidium sextarium continet, *Cotyla.* a græca voce Κοπτεσθαι nomen sortitur, quod sextarius duas in partes secatur.

Cyathus sextarii pars est sexta. Porro *Cyathus.* iptura Cyathos medechoth adpellat; aut ismuroth sacros vel cola nominat; quo dem nomine promiscue utuntur, cum ndem usum & potestatem habeant..

Catinus vas est ad eorum vasorum for-*Catinus.* um, quibus ad intinctus utimur, quæ & ropsis vocatur, continetque sextarii di-dium. Sextarius Alexandrinus verus im Saiticus duas olei libras capit.

Aporrhyma apud solos Thebanos in *Aporr-* a est, & Saitico dimidio minor est; sexta-*hyma.* s capit. 22.

Sabitha. Sabitha Syriaca vox est, quod capulum, hoc est, vas ad deplenda torcularia interpretari possis, estque sextariorum apud Ascalonitas viginti duorum. In majus sextarios capit octodecim: sacrum vero sextarios 9.

Congius. Congius sextarios habet octo; at qui facer dicitur, sextarios sex, quae est duodecima metretae pars.

Talentum. Talentum mensurarum omnium, quibus pondera metimur, maximum est; quodsi ad libras redigatur, 125. complectitur. Sex minuta talenti septem assibus valent. Septem vero assium minuta centum denariis.

Argenteus. Argenteus nummus jam tum olim signatus est, & ex assibus cusus. Ferunt Abrahamum hujus figuram in Chananaeam importasse. — Talenti centesima vicesima quinta pars est libra, quae duodecim unciis constat; uncia stateres habet duos.

Stater. Stater dimidia unciae pars, duas drachmas continet.

Siclus. Siclus, qui & quadrans adpellatur, quarta pars est unciae, stateris dimidia, duas drachmas habens; uncia 8. drachmas continet.

Drachma. Holce eadem est cum drachma, ac praeterea ejusdem cum siclo ponderis, quo identidem Absalomi ponderari coma consueverat, cum detonsus esset, quae pondo trium

centum

centum viginti quinque siclorum, hoc est, libras duas habebat cum dimidia.

Obolus inter nummos argenteos signari solebat, ac mensuram habebat unciæ: neque tamen argento, sed ferro cudebatur. Quanquam alius erat argenteus obolus minutissimus nummus, & unciæ pars octuagesima. *Obolus.*

Didrachmus quarta unciæ pars est. *Didrachmus.*

Chalci ab Ægyptiis inventi sunt, suntque argentei signati duo; argenteos vero Alexandrini æreos nominant. Chalcus pondus habet octavæ partis unciæ, ut & drachma. *Chalcus.*

Mna apud Hebræos mane vocatur. Italica mina quadraginta staterum est, id est, unciarum viginti, sive libræ unius & bessis. Argenteorum porro variæ figuræ diversis temporibus extiterunt. Nummum primus omnium Romanorum Rex Numa signasse dicitur. At argentei dimidium dichrysson adpellavere veteres. Argenteus vero a Romanis miliarisium dicitur, quod militare donativum interpretari possis. *Mna.*

Est & Dichryson argenteus nummus, qui postmodum adulterinus est vocatus, quod aliquando accidit, ut imperatoris cujusdam qui tum cæsus fuerat, effigies ex eo nummo, qui erat impressa, deleretur. Quo ex tempore nummus ille, qui occisi Imperatoris imagine percussus erat, adulterinus est habitus. *Dichryson.*

Tollis. *Tollis* sive talentum parvum ex duobus argenteis constat, hoc est, denariis 208. Item follis, si ad denarios non ad argenteos redigatur, duo minuta continet. — *Mares* apud Ponticos mensura est hydriarum duarum.

Hydria. *Hydria* 10. Sextarios continet, adeo, ut Cyprus 20. sextarios Alexandrinos habeat.

Cyprus. *Cyprus* apud eosdem Ponticos aridorum est mensura duos modios continens; vel, ut alii dicunt, chœnicas 5. Nam chœnix iisdem Ponti accolis sextarios 5. complectitur; unde Cyprus sextariorum est 20. Quippe major apud illos modius sextarios capit 24.

Collathum. *Collathum* Syri vocant liquidorum mensuram, quæ dimidii sati capax est, sextariorum 25.

Congiarium. *Congiarium liquidorum* est mensura, quam hebræi etiam usurpant. Meminit hujus mensuræ & Eusebius in chronicis, aliique chronologi. Apud quos Imperatorum quilibet magnificentiæ suæ ostentandæ studio Congiarium populo Romano ad epulandum largiri solebat; quæ vox idem significat ac *conjunctum*, sive *coagmentatum*.



SANCTI



SANCTI EPIPHANII

EPISCOPI CONSTANTIÆ CYPRI AD PHYSIOLOGUM QUI DE UNIUS CUJUSQUE GENERIS FERARUM AC VOLUCRUM PROPRIETATIBUS LOCUTUS EST.

D. CONSALO PONCE DE LEON HISPALENSI INTERPRETE ET SCHOLIASTE.

MONITUM.

Physiologia est tractatus, qui de proprietatibus animalium agit, quarum in sacra scriptura fit mentio. Tractatus ipse, cum jam ab Origine citetur, Epiphanio longe antiquior est; reflexiones tamen mysticæ & morales in hoc libro S: Epiphanii sunt contentæ.

CAPUT I.

De Leone ferarum atque animalium rege dicere incipiamus: Jacob enim benedicens Judæ, catulus Leonis ait, Juda, ex germine fili mi, & quæ sequuntur. Cum Leo in monte oberrat, & venatorem odoratur, sua ipsius vestigia cauda obtegit; ne illis insistentes venatores lustrum inveniant, atque ipsum capiant. *Prima Leonis proprietatis.*

Interpretatio.

Sic Dominus noster Jesus Christus spiritualis Leo, qui vicit ex tribu Judae radix David, a Patre missus, sui ipsius spiritualia cooperuit vestigia, id est, divinitatem suam: se enim exinanivit & in Mariae ventrem descendit, ut salvaret fraude deceptum hominum genus. Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis: quapropter illi, qui ignorabant desuper illum descendisse, dicebant: quis est iste Rex Gloriae? sanctus vero Spiritus: Dominus, inquit, virtutum ipse est Rex Gloriae.

Altera Interpretatio.

Nec aliter tu spiritualis homo, cum feceris eleemosynam, tua sinistra dextrae opus ignoret; ne te diabolus ex bonis operibus investiget, & ad peccandum alliciat.

CAPUT II.

Altera Leonis proprietas.

Leaena mortuum & caecum edit catulum, juxta quem defixos in illum habens oculos triduo cubat; his vero transactis Leo accedit, & in catulum spirat, qui statim & ad vitam revocatur, & lumen oculorum recipit. Cum vero dormit, evigilant ejus oculi, ita, ut venatorem ab septem stadiis praesentiat, ipsumque fugit, neque ab illo capitur.

Inter-

Interpretatio.

Sic gentes, quæ non credebant, per trium dierum ſepulturam & Domini noſtri Jeſu Chriſti reſurrectionem reſpexerunt, & ad vitam revocatæ ſunt. Ante baptiſmum enim & mortuæ & cæcæ dicebantur: verum a leæna, i. e. ab ſancto Spiritu per triduum ſepulturæ obſervabantur. Cum autem leo, hoc eſt, vivificum verbum venit, & in ipſos Spiritum ſanctum inſpiravit, ad vitam eos revocavit, & omnes ab inferno eduxit.

CAPUT III.

De Uro.

Urus, animal omnium maximum, ſimilis *Uri proprietates.* eſt bovi, duoque habet cornua in modum ſerræ, eſtque præ omnibus animalibus terribile aſpectu: itaque proceras arbores quatiens, illas diſſecat, ramosque præſcindit, nec eſt ullum animal illo fortius. Paſcitur non longe ab Oceano, continuo vero, ut bibit, velut ebrius ludit, cornibusque tanquam bos terram petit. Eſt autem illic arbor dicta Tanus, viti ſimilis & alba ramis, quos cum urus capite concutit, cornu vincitur. Accedit itaque venator, & cornu alligatum deprehendit, illumque opprimit.

Interpretatio.

Tu igitur, o ſpiritualis homo? conſidera, quanto te Uro generoſiorem fecerit Deus:

loco enim duorum cornuum duo tibi dedit testamenta, novum videlicet & vetus, quæ cornua sunt contra potestates adversas, ne te circumveniat diabolus; ait enim propheta: In te inimicos nostros ventilabimus cornu.

Altera Interpretatio.

Oceanus copiam divitiarum significat, Tanus vero vitæ voluptatem, qua implicitus homo fidem negligit. Venator igitur, hoc est, diabolus illum adgreditur, quem voluptatibus mancipatum fidemque negligentem inveniens in suam potestatem redigit.

CAPUT IV.

De Elephante.

Elephantis proprietates.

Elephas maximum est animal, proboscidemque habet, qua, quæ ipsum adoriuntur, animalia percutit. Hac cibum & potum sibi subministrat; non enim habet compages, propensusque pascitur, genua haud incurvans. Fœmina herbam, quæ mandragora dicitur, quærit, quam gustat, coeundi cupiditate succensa ad maremque properans illam ipsi offert. Mas vero ut comedit, ardet libidine, & fœminæ miscetur. Jam cum instat pariendi tempus, lacum ingreditur, pertentatque aquam; qua mammillas usque pertingente parit. Si enim in terram ederet fœtum, haud elevari posset, cum membrorum compagibus careat.

Inter-

Interpretatio.

Manifestum est, primum parentem Adamum, non ut Evam obedientiæ lignum prægustasse: illa enim dedit viro; qui ut comedit, sensit præceptum Domini esse transgressum. Quis igitur partus? peccatum; & locus, ubi peperit, quis? Paradisus.

CAPUT V.

De Cervo.

Cervus similis est sylvestri capreæ: illius cornua tribus ramis distinguuntur, ut & triplex est ejus vitæ reparatio. Vivit enim annos 50. nemorumque sylvas & montium valles, ut velocissimus cursor contento gradu perlustrat, serpentiumque cavernas odore indagat; & sicubi serpens delitescit, e vestigio subodoratur, statimque nares ad limen cavernæ admovet, halitumque trahit; prodiens igitur serpens in fauces cervi sese ingerit, ille obvium devorat, qua de caussa adpellationem sortitus est, videlicet, quod ex imo serpentes ad se adtrahat. Postquam autem serpentem ex cavernis cepit, illico ad aquarum fontes decurrit; quodsi trium horarum spatio aqua se explere non potest, moritur: sin autem aquæ potus obtingat, ad annos denuo quinquaginta vitam protrahit. Unde Propheta David; sicut desiderat Cervus ad fontes aquarum, sic desiderat anima mea ad te Deus. *Cervus.*

Inter-

Interpretatio.

Tu igitur, spiritualis homo, tres habes restaurationes, baptismum scilicet incorruptionis, filialis adoptionis gratiam atque pœnitentiam, si quando serpentem, id est, peccatum intra cordis recessus deprehenderis, ad fontes aquarum, hoc est, ad scripturarum scaturigines statim confuge, sanctam videlicet gratiam, quemadmodum prophetæ interpretantur, hauri, nam si pœnitentiam egeris, ab ea iterum deleto penitus peccato, reparaberis.

CAPUT VI.

De Aquila.

Aquila. Aquila volucrum regina a longissima vita denominationem accipit, vivit enim annos centum. Cum vero senescit, rostrum ei incurvatur, caligantque oculi, ita, ut nec videre possit, nec capere cibum. Igitur in altum sese attollit, & in præruptam se projicit rupem, ad quam rostrum allidit, & se frigidis immergit aquis, adversusque solares radios se opponit, tumque ex oculis cadunt lippitudines, ac iterum juvenescit.

Interpretatio.

Tu igitur, o spiritualis homo! cum multitudine peccatorum fueris oppressus, in altum ascende, hoc est, in tuam ipsius conscientiam, atque te ad petram, scilicet ad

fidem

fidem orthodoxam projice, defle peccatorum tuorum multitudinem, & perpetuis te aquis, id est, lacrymis abstergens, solis radiis incalesce, hoc est, in cœtu fidelium, & in sancto Spiritu ad calorem pœnitentiæ propera; lippidines, id est, peccata abjice, statim enim renovabitur ut aquilæ juventus tua, & justus vocaberis apud Deum.

CAPUT VII.

De Vulture.

Vultur cunctis avibus voracior est; quadraginta enim diebus cibo abstinet, quem, cum invenit, totidem se ex illo diebus ingurgitat, itaque quadragenariam abstinentiam quadragenaria ingluvie compensat. *Vultur.*

Interpretatio.

Tu igitur, spiritualis homo, qui in quadragesimali jejunio dominicam resurrectionem expectas, noli ventri fœde indulgere, ne quadragesimalis abstinentiæ meritum perdas.

CAPUT VIII.

De Pelecano.

Præ omnibus volucribus *Pelecanus* prolis est amans, fœmina nido incubat, pullos suos custodiens, ipsosque fovet, complectiturque, & nimiis osculis sauciat, perforat itaque eorum latera, & illi moriuntur. Post *Pelecanus.*

tres

tres vero dies accedit mas Pelecanus, & mortuos invenit pullos, & valde angitur, doloreque impulsus proprium latus percutit ac terebrat, emanatque sanguis, quem super mortuorum pullorum vulnera instillat, qui sic vitæ restituuntur.

Interpretatio.

Sic Dominus noster Jesus Christus, cujus latus lancea aperuit, continuoque sanguis & aqua exivit, super mortuos filios, hoc est, Adamum & Evam cæterosque Prophetas, & super omnes mortuos sanguinem suum fudit, universumque mundum illuminavit, & per triduanam sepulturam ac resurrectionem suam ac vitam illos reduxit, quapropter per Prophetam dixit: similis factus sum Pelecano solitudinis.

CAPUT IX.

De Perdice.

Perdix. *Perdix* prolis fœcunda est; constructo enim nido singulis diebus ova parit; nec vero proprii ventris sufficit illi fœtus; verum aliarum avium discurrens suffuratur ova, & ad nidum suum illa defert.

Interpretatio.

Sic tu spiritualis homo, si multas feceris eleemosynas, nec tibi satis esse putes, sed alia ad præcepta festina, & nidum tuum abunde

abunde imple, hoc est, cor tuum expla, & te adversus contrarias potestates valde muni.

CAPUT X.

De Turture.

Inter omnes aves conjugis amans est turtur. *Turtur.* Mas & fœmina una volant, pullosque procreant: si vero morte separantur, ad finem usque vitæ viduitatem custodiunt.

Interpretatio.

Sic tu, spiritualis homo, cum peccatis onustus, tempus esse pœnitendi, judicaveris, abjice prava opera, nec novis te sordibus, i. e. peccatis implices, sed unico conjugio contentus esto; videlicet intra proprii tori limites te contine, ut in secundo adventu mansionem invenias.

CAPUT XI.

De Phœnice.

Phœnix avis pavone pulchrior est. Pavo *Phœnix.* enim aureas argenteasque habet alas: Phœnix vero hyacinthias & smaragdinas, pretiosorumque lapidum coloribus distinctas, coronam autem habet in capite, & in pedibus malleolos. Prope Indiam degit; vivit autem annos quingentos, & in cedris Libani absque cibo & potu vento pascitur; at post quingentos annos alas aromatibus implet,

&

& cum Heliopoleos sacerdos sacrificia inchoat, e proprio egreditur nido, ad sacerdotem pergit, unaque templum ingreditur usque ad sacrarium, & in cinerem tota consumitur. Sequente autem die alis renatis reperitur; tertia vero die jam integra sacerdotem salutat, restaurataque iterum ad proprium locum redit.

Interpretatio.

Cur igitur Judaei iniqui Domini nostri Jesu Christi triduanam resurrectionem non crediderunt, cum avis trium dierum spatio ipsa se suscitet? aut quomodo se ipsum a mortuis suscitare non potuit, cum de illo dixerit propheta: justus ut Phoenix florebit?

CAPUT XII.

De Pavone.

Pavo. *Pavo* inter omnes volucres avis est jactabunda; corporis enim forma atque alis pulcher est. Cum ambulat, se ipse laetitia exultans intuetur, demittit vero caput, & in terram oculos conjicit: cum autem suos conspicit pedes, graviter vociferatur, scilicet, quod illi caeteris corporis sui partibus non respondeant.

Interpretatio.

Tu igitur, spiritualis homo, praecepta & bona tua videns delectare & exulta; cum

vero

vero pedes, i. e. peccata aspexeris, vociferare, & coram Deo desle, atque odio habe peccatum, quemadmodum pavo pedes; ut sponso justus adpareas.

CAPUT XIII.

De Serpente.

Ait Christus in Evangelio: estote prudentes sicut & serpentes, & simplices sicut columbæ. Physiologus in serpente plures inesse naturæ proprietates esse ait. Cum senio gravatur, caligant illi oculi; & cum iterum juvenescere parat, 40. diebus cibo abstinet, & tandem emolita cute quærit petram, per cujus foramen magno nisu contendens pronusque transire nititur, cutemque exuit, deposita gaudet, atque iterum juvenescit. *Serpens, Prima serpentis proprietas.*

Interpretatio.

Et tu spiritualis homo, si per angustam & arctam viam veterem mundi senectutem deponere vis, corpus tuum jejunio macera: est enim angusta porta, & arcta via, quæ ducit ad regnum cœlorum.

CAPUT XIV.

Cum serpens vestitum hominem conspicit, pavet, ipsumque fugit; quodsi nudum videt, illum petit. *Secunda proprietas.*

Inter-

Interpretatio.

Et tu spiritualiter considera, quod cum noster parens Adamus veste a Deo contexta in Paradiso fuit indutus, illum adoriri diabolus non potuit, sed procul ab eo fugit: cum vero præcepta Dei transgressus nudus mansit, tunc vicit illum diabolus.

CAPUT XV.

Tertia proprietas.

Siquando serpens ab homine petitur, caput ille tantum custodit, reliquum corporis exhibet.

Interpretatio.

Debemus igitur & nos in tempore periculi totum corpus morti concedere, solum caput custodire; hoc est, Christum non deserere, quemadmodum sancti martyres fecerunt. Omnis enim viri caput Christus est; ut ait scriptura.

CAPUT XVI.

Quarta proprietas.

Cum serpens ad fontem, ut bibat, pergit, virus non defert, sed in antro illud dimittit, sicque purus accedit, ne ex illis aquis bibentes veneno inficiat.

Interpretatio.

Debemus igitur & nos, qui ad perennem puramque & divinis ac cœlestibus eloquiis

quiis scaturientem aquam in Dei Ecclesia properamus, malitiæ venenum nobiscum non deferre; sed omnem pravitatem ac jurgium & omnem malam cogitationem deponere, sicque insontes & puri Ecclesiam Christi adeamus, ne anima nostra veneno inficiatur.

CAPUT XVII.

De Formica.

Ait Salomon in proverbiis: Vade ad formicam, o piger! Physiologus multas proprietates habere eam dicit. — Cum solicite discurrunt, & singulæ granum portant, a ferentibus vacuæ nec petunt, nec vi auferunt, sed unaquæque colligere sibi studet. *Formica. Prima ejus proprietas.*

Interpretatio.

Hæc in prudentibus & fatuis Virginibus deprehenduntur.

CAPUT XVIII.

Cum in cellulis grana condunt, in duas partes illa dividunt, ne hyeme ingruente putrescant, & ipsæ fame pereant. Formica enim, cum sit animal solers, & æstum solis nimium & hybernum tempus præsentit. Itaque cum eam videris triticum in cavernam condentem, hyemem adventare intellige; si vero illud extra educentem illam videris, tranquillum instare tempus scito. *Secunda formicæ proprietas.*

Interpretatio.

Tu vero, o homo, sermones veteres ab spiritualibus separa. Litera enim interficit. Et Paulus ait: Lex spiritualis est. Judæi autem legi minime adhærentes fame perierunt.

CAPUT XIX.

De Vulpe.

Vulpes. Vulpes versutum est animal; cum enim esurit, & cibo caret, aprica loca adit, & humi strata animamque continens, ac simulans se mortuam supina jacet, oculis & pedibus sursum erectis. Grues itaque delabuntur, ut ipsa vescantur: illa vero aperit eos subito, ac pro libitu devorat.

Interpretatio.

Nec aliter diabolus, cum illaqueare hominem vult, tentat ipsum, ut quam negligenter se in oratione gerat: sicque facillime irretitur.

CAPUT XX.

De Noctua.

Noctua. Ait Psaltes, factus sum sicut nycticorax. Physiologus igitur avem esse dicit amantem magis tenebras, quam lucem.

Interpretatio.

Sic Dominus noster Jesus Christus dilexit nos sedentes in tenebris & in umbra

mortis,

mortis, hoc est, gentium populum amavit magis, quam Judæos, qui olim adoptionem repromissionemque in patre habuerunt. Quam ob rem Salvator dixit: noli timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro, dare vobis regnum. Dices: impura avis est noctua: atqui Salvator per Apostolum dixit, eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecisse: humiliavit semetipsum, ut exaltaret nos; factus est omnia, ut omnes salvos faceret.

CAPUT XXI.

De Ape.

Ait sapiens: parvus inter aves est apis, & principium dulcedinum fructus illius. *Apis.*

Interpretatio.

Haud aliter divina opera incomprehensibilia sunt in hominibus & mirabilia in excelsis, & super mel & favum, ac super creata omnia dulciora.

CAPUT XXII.

De terrestri Rana.

Terrestris hæc rana calorem solis excipit, & gelu, imbres, ventos, & hybernas tempestates sustinet. Aquatica vero nihil horum tolerare potest: verum ingruente hyeme se ipsam in profundum demittit, sole *De Rana.*

vero emicante emergens placide incalescit: cum autem solis calor increverit, ferre illum non potest, ac denno in profundum sese dejicit.

Interpretatio.

Sic & qui otiose degunt monachi, minime poterunt famem, sitim, nuditatem, incontinentiam & humi cubationem tolerare; qui vero otio non indulgent, libenter jejunant, atque omnia sustinent.

CAPUT XXIII.

De Charadrio.

Charadrius. Est avis Charadrius dicta, quam Physiologus ait albam esse totam absque ulla prorsus nigredinis nota. Porro siquis morbo laboret, sitque hominis ægritudo lethalis, prospectum suum Charadrius ab illo avertit: sin vero morbus vitæ securitatem promittat, Charadrius in ægrum intendit visum, & vicissim æger in Charadrium.

Interpretatio.

Sic Christus Dominus noster candidus est totus, absque ulla mundana nigredine, qui a reprobis vultum suum avertit: in sanctorum autem faciem respicit. Age, quomodo inquies, cum Charadrius impura sit avis, personam Christi sustinet? impurus quidem est serpens, quem tamen in testimonium

nium adduxit Chriſtus dicens: quemadmodum exaltavit Moſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis.

CAPUT XXIV.

De Pico.

Picus avis eſt varii coloris, quemadmodum & diabolus verſipellis eſt: nemoris fruteta ingreditur, roſtroque petit, aurem iis admovens: quodſi ſiderata inanisque arbor fuerit, illam excidit, atque exciſam occupat; verum ſi ſolidam deprehenderit, intactam relinquens avolat, atque aliam invadit. *Picus.*

Interpretatio.

Non aliter Diabolus ſylvam, naturæ videlicet humanæ intrat, atque in arboribus conſidet: hominis inquam cor ad inhoneſta traducens, ferit, atque attente obſervat. Si itaque excordem animum advertat, ipſum invadit, & in eo nidum ſuum conſtruit: quodſi firmo integroque corde eſſe ſentiat, fugit ſtatim, & ad alios accedit.


CAPUT XXV.

De Ciconia.

Ciconia avis eſt caſtiſſima: mas enim nec feminam illecebris ad coitum provocat, nec ipſi vim ullam infert. Deinde eadem avis mirabili pietate utrumque parentem in ſenectute alit. *Ciconia.*

Interpretatio.

Sic & nos duo illa divina præcepta adimplere oportet; hoc est, a malo divertere, & bonum facere, quemadmodum regius propheta scripsit. Sed & Dominus similiter in Decalago jubet, sic dicens: honora patrem tuum, & matrem tuam; & rursus: non mæchaberis.



SANCTI EPIPHANII

EPISCOPI CYPRI AD DIODORUM TYRI EPISCOPUM DE XII. GEMMIS, QUÆ ERANT IN VESTE AARONIS LIBER

JOLA HIEROTARANTINO INTERPRETE.

MONITUM.

Liber hic, seu tractatus de XII. Gemmis, quæ hærebant in vestibus pontificalibus, & rationali innexæ summi Pontificis Judæorum, est explicatio historica nominum figuræ & proprietatum gemmarum. Liber hic laudatus est a S. Hieronymo in Epistola 22. ad Fabiolam, & Anastasius eum redegit in Epitomen, quæ Epiphanii nomen præfert. Editio hujus tractatus, quam Petavius continet, nonnisi excerptum quoddam

ex

ex Libro S. Epiphanii de hac materia videtur; illumque genuinum esse volunt Critici; qui ex manuscripto Vaticano in latina versione antiqua erutus a Francisco Foggini publici juris factus est Romæ 1743. in qua editione Epistola sancti Epiphanii ad Diodorum Tyri Episcopum ex interpretatione Facundi Hermianensis & alio quodam Anonymo continetur.

EPISTOLA SANCTI EPIPHANII AD DIODORUM TYRI EPISCOPUM.

1) Gratiam majorem præstans, quam accipiens petebat Dominus a Samaritana aquam bibere, ipse fons extans juxta puteum sedebat, & fatigatus ex itinere inveniebatur, ut consequenter præsenti sermone incarnationis non excederet veritatem. Sed etiam ejus discipuli & servi, a quibus aliquid petebant, magis eis dabant, quam accipiebant ab eis.

2) Sic & tua honorabilitas nostram exiguitatem petens, magis das, quam sumis; poposcisti enim in principio per epistolam tuam de lapidibus, qui in superhumeralis rationali Pontificis tunc super pectus Aaron apponi præcepti sunt, ut nomina eorum, & colores & species, nec non & loca seu contemplationes, quas ad divinum cultum referunt, singulique lapides pro quavis tribu impositi vel unde reperti, vel ex qua patria proben-

tur, exponam, & nobis quidem propter inopiam difficilis erat horum prorsus inventio, quam Dominus sua gratia nobis orationibus impertietur.

3) Unde jam de his incipiam dicere; primum quidem veniam poscens & propositi mei studium patefaciens, licet invalidæ dissertationis possum referre sermonem. Est ergo primum scriptum in quatuor versibus: Quadrifariam quippe discriminabatur Rationale Pontificis, ipsumque quadrangulum erat, habens tam in longitudine, quam in latitudine palmum unum. Primi ergo versus ordo est: Sardius primus lapis, dein Topazion, post Smaragdus. Secundi versus primus lapis Carbunculus, tum Sapphirus, post Jaspis. Tertii versus primus lapis Ligurius, dein Achates, post Amethystus. Quarti quoque versus extremi primus lapis Chrysolithus, deinde Berillus, post Onychium. Isti quidem sunt duodecim lapides in Rationali, quod in superhumerali Pontificis ponebatur, inserti, quorum differentias locaque dicemus.

De Sardio.

Sardius. 4) Sardius, qui & Babylonius sic dicitur; habet quidem speciem instar ignis colorisque sanguinei Sardio pisci consimilem, unde & Sardius vocatus est a specie cognomen accipiens; in Babylone vero, quæ est apud Assyrios, gignitur, & est lapis ipse pel-

llucidus habens medendi potentiam. Est tem & alius Sardonyx, qui vocatur Mo- :hites, vim emolliendi stratomata habens. ius autem forma est subviridis aliquantu- n, & potentior est circa verni temporis tium, quando pascha celebratur: & alius rdachates, circa quem lapidem albus qui- m circulus adparet, sicut in Achate, quem qui fabulosa confingunt, mala fugare pos- , eumque pacificum vocant.

De lapide Topazio.

Topazion rubrum est specie post lapidem, qui Carbunculus adpellatur; inven- s est autem in Topaze civitate Indiæ a la- :idis in corde alterius lapidis, quem lapi- im cæsores intuentes splendidissimum, dele- iti pulchredine ejus ostenderunt Alabastris ibusdam negotiatoribus, parvoque pretio ndiderunt, Alabastri quoque Thebeis pre- diftraxere majori; Thebei nihilominus tulerunt reginæ, quæ tum temporis impe- bat, quem illa sumens in diademate suo, medio frontis imposuit; habet autem la- s iste hanc efficaciam; cum in cote medi- nali teritur, non rubrum succum juxta odum sui coloris, sed in modum lactis nittit; implent autem crateras plurimos, iantos hi, qui terunt, implere voluerint, post hoc idem modus est lapidis, nec immi- itus pondere, nec a rotunditate mensuræ nitus immutatus. Hic autem succus eli- tus oculorum passiones apprime sanat, item- Topa- zium.

que

que cum bibitur, valde medetur his, qui aquosa rabie tenentur, & qui ex uva marina vehementer insaniunt.

De lapide Smaragdo.

Smaragdus. 6) Smaragdus, qui & Prasinus vocatur, viridis est speciei, est autem in eis quædam differentia; quidam enim illos vocant Neronianos, alii Domitianos. Et Neronianus quidem parva est forma, valde viridis, pellucidus & splendens, item & vibrans; adpellari vero Neronianum propter hanc caussam referunt: Imperatorem Neronem sive & Domitianum oleum in multa vasa infudisse: & intervallo temporis oleum viridem colorem contraxisse, hocque oleo petram copiosius rigatam floridioris coloris evasisse. Alii dicunt, Neronem quendam antiquum artificem, gemmarum scalptorem, Smaragdi præcipuum usum invenisse, & gemmam istam ab illo Neronianam dictam: alii vero Domitianam adpellari malunt. Sunt autem & alii Smaragdi: & prinnus quidem nascitur in Judæa, Neroniano valde similis: alter vero in Æthiopia, quem etiam in Phisone fluvio nasci dicunt. Phison apud Græcos autem Indus, apud barbaros Ganges vocatur. Ajunt etiam, Carbunculum in hoc fluvio gigni. Illic enim, inquit Moyses, Carbunculus & gemma Prasius. Ferunt autem Smaragdum speculi instar imagines reddere. Tradunt etiam fabulatores, vim eum habere ad res futuras prædicendas.

De

De lapide Carbunculo.

Carbunculus gemma, puniceo colore ardet. Nascitur in Carthagine Lybiæ, *Carbunculus.* æ dicitur Africa. Sunt qui ita inveniri hanc mmam dicant: interdiu quidem non vide- sed noctu instar lampadis & carbonis scin- antis eminus ac procul apparere. Gesta- , quibuscunque vestibus tegatur, latere n potest; splendor enim ejus extra vestes paret; unde etiam Carbunculus adpella- ; Carbunculo non nihil, parum quidem, iilis est gemma Ceraunius, quem alii vi- rium vocant, quod instar vini flavi coloris istat. Est nihilominus Carchedonius, quem adpellant, & ipse specie proximus lapi- ous istis, qui in iisdem loci partibus inve- ur; nempe circa occidentalem plagam Phi- in oceanum influit, unde iste lapis in Ly- e partes devehitur.

De lapide Sapphiro.

Sapphirus lapis dicitur in modum pur- *Sapphirus.* puræ, quam Blattam vocitant, cujus pressior species: multa vero genera sunt jus lapidis, est enim regius aureis punctis termicans, qui non adeo est mirabilis, sicut irus ille lapis, per omnia purpuræ specie nitens; & hic fortassis esse dicitur in India in Æthiopia. Quocirca ajunt, apud In- s templum extructum Baccho extare, quod adus ex Sapphiro 365. habeat, licet incre- bile videatur. Est vero gemma gratissima & pul-

& pulcherrima; in ornamentis, armillis & monilibus reponi consuevit, idque potissimum a regibus. Locum etjam inter remedia habet; adtrita enim & lacte permixta, plagis, quæ fiunt ex pustulis albis, & tuberculis medetur, si illis illiniatur. Scriptum est & in lege, Exod. 24, 18. legem Moysi in monte veluti super lapide Sapphiro fuisse declaratam.

De lapide Jaspide.

Jaspis. 9) Jaspis est lapis velut speciem Smaragdi referens, qui ad ostia Thermodontis fluminis invenitur, & circa Amathuntem oppidum Cypri. Hujus vero lapidis Amathusii dicti multa sunt genera. Quod ad colorem, ut Smaragdus virescit, sed est obtusior & obscurior; intus corpus habet viride, simili ærugini, habetque venas quatuor ordinum. Hæc noxia phantasmata expellit, ut quidam fabulantur. Est et alia Jaspis albidior quam mare, flore vero tincturaque pressior. Alia in speluncis montis Idæ in Phrygia reperitur, pellucidior purpura, quæ cochleæ marinæ sanguine tingitur, & vini nigricantis colori similior, amethysto saturatior; non enim sunt unius coloris ejusdemque potentiæ, sed alia quidem rarior est & albidior, quæ neque valde nitet, neque rursus splendore destituitur: alia vero similis aquæ glaciei. Invenitur autem apud Iberos & Hircanos, qui terram Caspiam accolunt. Est & alter Jaspis, qui vocatur Hyppatius similis nivibus aut spumis maris, veluti si sanguis la-

ct-

tii misceatur, ut Massagetici potare sunt soliti. Hunc, ut ajunt, qui fabulosa referunt, bestiae in agro metuunt, & alia portenta.

De lapide Ligyrio.

10) Ligyrii inventionem nequaquam novimus, nec a Physiologis naturam scrutatoribus, nec ab aliquibus antiquis refertur; inveni modo autem Lyncurium sic dictum lapidem, quem nonnulli pressiore locutione Lygurium vocant, & fortassis ar- arbitror, hunc esse Ligyrium, quandoquidem divinae literae nonnulla nomina aliter immutarunt, uti Smaragdum, Prasinum adpellantes. Aliis nominibus alii vocaverunt, & Lygurus quidem, vel etiam Laggurus, si ipse sit Lygirium; rursus, ex quo sit loco, nescitur. Sunt, qui arbitrantur, eum de superiore esse Thebaide, propter quod adfirmant, aliquos lapides ex lapide hoc in Memphi Ægyptia reperiri, in quibus sunt veluti notae intervenientes, non sicut in Ophite, sed habentes puncta juxta Cosinum lapidem hic vocatum: puncta sunt viridantia, ita, ut intelligamus, in profundo lapidis venam esse lectissimam. Et quo colore reperitur profundior, eo caeteris est praestantior. Similis est colori lanae, qui superpurascit aliquatenus. Dicitur quoque haec gemma conducere mulieribus parituris, quo facilius pariant. *Ligyrus.*

De lapide Achate.

Achates. 11) Achates lapis est æstimatus pelleucus, qui per Hyacinthum lapidem ponitur. Est autem specie mirabilis, colore cæruleus, exteriorem circulum habens album instar marmoris vel eboris. Invenitur circa Scythiam. Est etiam inter Achatis species, quæ leonis colorem habet, si teratur cum aqua, & illiniatur morsui venenato, avertit venenum Scorpii, viperarum & hujusmodi venenatarum bestiarum.

De lapide Amethysto.

Amethystus. 12) Amethystus lapis est, ergo suum circulum flammiferum profundius micans; splendor autem ejus est albidior e medio corpore, veluti vini flavi speciem referens, qui forma diversus est; & hic, ut opinor, in Libyæ montibus gignitur; alter etiam hyacintho mundissimo similis est, alter vero purpuræ: nasciturque in litore & præruptis locis maris ejusdem Lybiæ.

De lapide Chrysolitho.

Chrysolithus. 13) Chrysolithus lapis, quem nonnulli Chrysoberillum vocant, auri fulgorem præfert. Invenitur autem in puteo duplicis petræ ad mœnia Achæmenitidis Babylonis. Babylonem etiam & puteum illum Achæmenitida cognominant, cum dicant, Regis Cyri patrem Achæmenem vocatum fuisse.

fuisse. Et autem & Chrysopastus lapis, qui stomachicis & cœliacis tritus & epotus vim medendi habet.

De lapide Beryllo.

14) Beryllus lapis est glaucus, id est, colore maris aut hyacinthi dilutioris, Amethysti & Pederotis habens speciem. Nascitur ad ima montis Tauri. Siquis velit hunc e regione solis contemplari, videbitur non secus ac vitrum intrinsecus grana milii habere pellucida. Est & alius lapis Beryllus, pupillis oculorum serpentum similis. Alius rursus Beryllus est, coralli speciem magis exhibens, qui lapis circa Euphratis exitum reperitur. *Beryllus.*

De lapide Onychio.

15) Onychium lapis flavum nimis ostentat colorem; delectari vero lapide ut plurimum, ferunt Regum divitumque sponsas, quæ hanc gemmam in pocula sua transferentes, hoc lapide utuntur. Sunt autem & alii Onychitæ æquivoce dicti, qui ceræ, mellis colorem habentis, sunt similes; quidam hos ajunt ex guttis aquæ consolidari. Onychitas autem vocant a nativo illorum colore, eoquod ungues urbanorum virorum sunt instar marmoris, non sine mixtione tamen sanguinis; unde nonnulli lapidem marmoreum Onychitem falso nomine adpellant, ob albedinis puritatem. *Onychium.*

Hic

Hic jam nunc quæritur, quemnam ordinem horum lapidum approbemus. Per duodecim quippe tribus duodecim lapides apponi jussi sunt, ita, ut unus lapis uni tribui coaptaretur; quoniam non est determinatum, sed simpliciter in duobus locis horum lapidum compositionis speciem fatemur juxta scripturam: hinc primus ordo est Sardius, Topazius & Smaragdus. Secundus Carbunculus, Sapphirus, Jaspis. Tertius Ligurius, Achates, Amethystus. Quartus Chrysolithus, Beryllus, Onychium. Oportet autem hanc primam divisionem nosse & ordinis consequentiam, quæ secundum ætatem est singulorum, id est, Ruben, Simeon, Levi, Judas, Dan, Nephtali, Gad, Aser, Issachar, Zabulon, Joseph, Benjamin. Hæc prima est compositio juxta ætatis consequentiam. Secunda divisionis enumeratio est, quando Jacob revertens de Mesopotamia fecit tres turmas, discernens proprios filios, & posuit Zelpham & Ballam duas ancillas, faciens unam turmam cum quatuor filiis earum, Gen. 32. id est, Dan & Nephtalim, Gad & Aser; in secunda vero turma ordinavit Liam cum sex filiis suis non secundum ætatem, sed secundum matris affectionem, Ruben dico & Simeon, Levi & Judam, Issachar & Zabulon; ipse vero postremus mansit cum Rachele; Benjamin autem in matris adhuc utero portabatur.

Tertius numerus est juxta aliam compositionem divisionis; quando Jacob incipiens intra-

intrare in Ægyptum congregatis filiis Liæ & ancillæ ejus Zelphæ ita ipsi dinumerantur: Ruben, Simeon, Levi, Judas, Issachar, Zabulon & ex Zelpha, Gad & Aser, Genes. 46. deinde Rachelis filii Joseph & Benjamin.

Quarta divisio est compositionis & numeri, quando benedixit Jacob filiis suis, cum moreretur, Gen. 48. id est, Ruben, Simeonem cum Levi, & Judam, & Zabulon, & Issachar, Dan & Gad, Aser & Nephtalim, Joseph & Benjamin.

Quinta divisio est de Exodo cap. 1. cum egrederentur filii Israel de Ægypto; enumeravit enim eos sermo divinus, dicens: hæc sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum cum Jacob patre suo, unusquisque cum tota domo sua ingressus est, Ruben, Simeon, Levi, Judas, Issachar, Zabulon; deinde Rachelis Benjamin, deinde Ballæ, Dan & Nephtalim, & Zelphæ, Gad & Aser. Joseph autem erat in Ægypto.

Sexta divisio est numeri juxta metationem castrorum filiorum Israel, sicut scriptum est in libro Numerorum ex præcepto Domini, Num. 2. In prima metatione Judas, Issachar, Zabulon: in secunda Ruben, Simeon, Gad: in tertia Ephrem, Manasses & Benjamin: in quarta Dan, & Aser, & Nephtalim.

Septima numeri divisio est ex ipso Numerorum libro, Num. 7. cum juxta præceptum Domini declaretur, qui debeant esse

principes ad offerenda munera Domino, dixitque de Ruben Helisur filius Seacur., de Simeone Salami, de Juda Naason filius Aminadab: de Issachar Nathanael filius Sogar: de Zabulon Eliab filius Chalon: de Ephrem Melchas filius Eniud: de Manasse Gamaliel filius Phadassur: de Benjamin Abidu filius Gedeonis: de tribu Dan Achiezer filius Amisadac: de Aser Phalathiel: de Gad Elisaph filius Ragu, de Nephtalim Achire filius Henan. Num. 7.

Octava divisio est ex libro Numerorum cap. 13. quando præcepit Dominus, & misit Moyses principes tribuum Israel ad inspiciendam terram repromissionis. Ait itaque de Ruben Samo filius Acchu: de Simeone Sapho filius Suri: de Juda Caleph filius Jephone: de Issachar Jara filius Joseph: de Ephrem Huses filius Nave: de Benjamin Phalti filius Naphu: de Zabulon Gudihel filius Suri: filiorum Joseph, de Manassé Gelad filius Sudi: de Dan Amihel filius Gamali: de Aser Sachus filius Michahel: de Nephtali Hali filius Ulaphi: de Gad Gugihel filius Mochi.

Nona divisio numeri præcepto Domini datur. ex ipso libro Numerorum, cum filiis Israel terra sorte distribuitur, cap. 38. & hic præcipue enumerantur principes tribuum de Simeone, Benjamin, Dan, Manasse, Ephraim, Zabulon, Issachar, Aser, Nephtalim.

Decima numeri divisio est, quando benedixit Moses filius Israel, præponens Ruben,

ben, & deinde adnectens Judam, Levi, Benjamin, Joseph, Zabulon, Issachar, Dan, Gad, Nephtali & Aser: *Deut.* 33.

Undecima divisio numeri probatur, quando præcipitur eis, antequam ingrediantur terram Israel, transfretantes Jordanem, sicut super duos montes Garizim & Gebal; *Deut.* 37. sex hinc atque inde, ad benedicendum his, qui custodiunt legem, & ad maledicendum his, qui legis præcepta servare contemserint, & est ista contextio numeri, nam super benedictiones consecuti sunt Simeon, Levi, Judas, Issachar, Joseph, Benjamin, super maledictiones Ruben, Gad, Aser, Zabulon, Dan, Nephtali.

Duodecima est divisio numeri, cum sortiuntur terram possessionis & Ruben sorte contingit trans Jordanem, antequam transirent in terram Israel, & est ista distributio: Ruben, & juxta eam Gad, & dimidia tribus Manasse: deinde transeuntes Jordanem primus Judas accipit, tum Benjamin, dein Joseph ex Manasse, dein Simeon inter Benjamin & Judam locata, quia illis spatia non fuere; dein Zabulon terram consequitur, & Issachar, & Aser, & Dan, & Nephtali. Levi sane in omnibus dispersus est tribubus, civitates solummodo & suburbana percipiens.

Tertia decima divisio numeri occurrit ex Zacharia propheta cap. 12. sicut ait: *In illa die plangent omnes tribus terræ: tribus Domus David super se, & mulieres earum super se, tribus domus Nathan super*

ſe, & mulieres earum ſuper ſe; tribus domus Levi ſuper ſe, & mulieres earum ſuper ſe, tribus domus Simeon ſuper ſe, & mulieres earum ſuper ſe plangent.

Quarta decima diviſio numeri ex S. Joannis Apocal. 7. qui dinumeravit ex unaquaque tribu duodecim millia eorum; qui virginitate ſanctificati ſunt, ait enim de Juda duodecim millia, & ſic de reliquis, inter quos tamen Dan nusquam memoratur.

Adamas. Præter prædictas autem XII. Gemmas D. Petavius agit etiam de Adamante, qui colore ſimilis eſt aeri, & quem geſtabat ſummus Pontifex in ſancta ſanctorum ter in anno, in Paſchate, in Pentecoſte, in tabernaculorum feſto ingrediens; ponebatur autem ſuper pectus ſummi ſacerdotis, ubi is talarem veſtem, & ſuper talarem humerale induiſſet; deſcendebat vero humerale paulo infra pectus; erat enim ejus longitudo dodrantis cum dimidio. A dextris & a ſiniſtris ſupra mamillas, ubi duo parva ſeu ſcuta conſuta erant, pendebant duo Smaragdi. In medio autem horum erat *declaratio*, quæ erat jam dictus Adamas, colore aerem referens; ſuper humeros vero XII. jam indicatæ gemmæ Ter vero, uti dictum eſt, per annum oſtendebatur ſic ornatus Pontifex populo cum lumina aurea. Quodſi in peccato deprehenderentur, ſi in præceptis, quæ dederat Deus, non ambulaſſent, mutabatur, ut ferunt, color lapidis, & fiebat niger. Hinc agnoſcebant, quod Dominus mor-

mortem missurus esset. Cum vero eos gladio perdere vellet, efficiebatur sanguinei coloris. Ut per Hieremiam inquit: emitte „populum ipsius, & egrediantur: quicunque „ad mortem, ad mortem: quicunque ad „gladium, ad gladium: quicunque ad famem, „ad famem: quicunque ad captivitatem, ad „captivitatem. Quodsi ut nix splenderet, agnoscebant, se non peccasse, & tunc festum celebrabant, quemadmodum propheta ait: „Celebra festa tua, Juda: redde vota tua: Ab- „stulit Dominus tuas iniquitates. Redemit „te e manibus inimicorum tuorum. Reg- „nabit Dominus in medio tui. Non videbis „ulterius mala„. Idcirco etiam tempore Zachariæ patris Joannis, dum ad eum vices spectarent, in paschate splendidus erat lapis. Tum etiam cœpit hoc anno sacerdotio fungi. Sequente autem alius tunicam talarem sumsit: quando etiam tardante Zacharia in sanctis sanctorum, anxius erat populus, ne forte gemma eos peccati argueret. Cæterum ipso egresso agnoscentes, quod magnæ gloriæ visionem vidisset, valde sunt exhilarati. Nasciturus enim erat Joannes prænuncius Christi. Quapropter etiam lamina aurea glorificata adparuit.





INDEX
RERUM MEMORABILIUM,
QUÆ
IN HOC TOMO XVIII. CONTINENTUR.

A.

Ame-

E. Ebio-

E.

F.

I. *Ja-*

I.

L.

Ligy-

O.

Oseni

R.


S.

INDEX OPERUM
SANCTI
PATRIS NOSTRI EPIPHANII
CONSTANTIÆ SIVE SALAMINIS IN CYPRO EPISCOPI.
QUÆ
IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.



INDEX OPERUM.

Oratio



SANCTI

Si-

T.

Theo-

V. U.

X.

Z.

ERRATA

ERRATA
TOMI DECIMI OCTAVI.

Pag.	*lin.*		*corrige.*
2.	4.	Joannis	Joanni
63.	10.	Inſtantia	Inſtitutio

Nota. Pag. 160. occurrit liber de ponderibus & menſuris, qui eſt quaſi prooemium ad librum de ponderibus & menſuris. Pag. 246. fuſius explicatum, neuter igitur omittendus eſt, & reliqua errata benevolus lector corriget.

